

LEONARDI
IACCHINI MEDICI
EMPORIENSIS,

DE AGVTO RVM
MORBORVM CVRA-
TIONE DISPV-
TATIO.

Eiusdem, Quæstionum naturalium,
Libellus.



VIRTUTE DVCE,
LVGDVN L ARVD SEB,
GRYPHIVM,
1540. CA

GVILIELMVS GVIDOBALDV
Medicus Hieronymo Montuo Medico, & Philo-
sopho doctissimo S. D.



GIS TI mecum superioribus diebus, doctissime Hieronyme, ut Leonardi Iaechini, uiri sane omnium, quos unquam nouerim, Galenicis præceptis addictissimi commentaria aliquot, que Lugdunum proficiens Typographis daturus mecum detuleram, tibi haudquaquam denegarem. Idq; eò obnoxius petebas, quod Leonardum multa scripsisse dicerem, non tamen multa edidisse, que uulgo legerentur. En ut liberallior, quo tardior fuerim, iure censem, plura quam exegeris, oculis subiectio. Habe enim Disputationum Enchiridion, in quo, ni fallar, ea in rei medicea principe parte, que Græcis dicitur, abusus ita compertos facile nanciscaris: ut eos nedum mediocriter eruditis, sed etiam tonsoribus eius industria notos haud dubie dicere posis.

Accedit postea Problematum libellus, in quo mirum rerum naturalium questiones adeo lucidas factas comperties, ut uirum Hetruscum antiquis Philosophis nullo labore confundendum credas.

yde.

HERB. CLIVUS LIBRARIUS



LEONARDVS IAC-
CHINVS FRANC-
SCO GARBO SVO
S. P. D.

ITTO ad te, mi Garbe, disputa-
tiones, quas olim de acutorum morbo-
rum curatione conscripsoram: ut eas
(si quidem tali cōuentu dignæ uidebun-
tur) una Petro Francisco Paulo, & Christophoro
Raddæ, cæterisq; sodalibus eruditissimis legendas
præbeas. Habebitis enim fortasse ex earum lectione,
quo semel (quamuis sales his longe lepidiores non de-
sint) symposium uestrum conditatis. Meministis enim,
scio, historiam omnem, quomodo ex contentione illa,
quæ mihi cum celebri urbis nostræ medico cōtigit, ori-
ginem traxerit. Neq; uobis modò præteriorum labo-
rum recordatio insuavis esse debet, cùm iam inuidia
omnis deuicta est: cùm nouella illa planta adeo latè
propagines misit, ut nullus amplius Sophistis locus su-
perfit. Cæterū tam propria ratione libelli huius
lectionem uobis omnibus gratam fore confido, quam
Iacchini uestri, quem unice diligere soletis. Ego uero,
ut de me aliquid dicam, iucundam satis uitam ago, to-

a 2 tis

tus Musis deditus & Apollini. Neq; enim bona cor
poris ualefudo, qua nihil optatius aliis à Deo optimo
mihi contigit: non amici erudit*i* desunt, quorum cons
uetudine fruar: non desunt quoq; qui uellicent, mora
deant: uerum iam diu animus occalluit. Quid
enim uespis & crabronibus adsuetus,
culicem curet? Vale, & So
dales omnes meo no
mine salu
ta.

LEONARDI IAC-
CHINI MEDICI EMP-
RIENS. DISPV-
TATIO,

DE ACV T ORVM
MORBORVM CVRA-
TIONE.

PROOEMIVM.



VAN TV M ueritatis studio officiat,
malos præceptores sortiri, dudum ra-
tione & exemplis monstrauit Gale-
nus. Cùm enim sua tempestate quām
plurimi eo pestis genere laborarent,
atq; inde bonis disciplinis negotium
facessent: dum in his ruditatē, in
alijs contumaciam, & prauitatem ta-
xat, pro uitij scilicet ratione: multis in-
utruñq; hominum genus inuectus est. Porro prauitatis ar-
guebantur Sophistæ, quod ueritati, que iam in propatulo fo-
ret obſisterent: eamq; impudentissimè modis omnibus oppu-
gnarent. Ruditatis uero n̄, qui neque eam agnoscerent. Hæc
cùm scriberet Galenus, mirum est quām apertè nostræ artis
medicos, & eos qui non multo anteā decesserunt, nostris ocu-
lis subiecerit. Adeo, ut nonnunquam nobiscum uixisse eum
dicas, siquādo mores, ingeniumq; & uitam demum omnem,
verbis depingit: in eo præsertim libro, quem ~~me~~ meritorius
inscribit. Qui nanci ex nostris clarissimi habid sunt, è quibus

a 3 multi

multi adhuc uiuunt, nullis veterum, ambitione, avaritia, calliditate, malitia, fuere secundi. Præter cætera tamen peruicacia insignes, & ignorantiae suæ defensores acerrimi. Nam quod ad disciplinas attinet, in sophismatibus consenuerant, spurcissimisq; adeo autoribus addicti erant, ut nihil sibi in pretio foret, quod barbariem non oleret. Aristotelem uero, Platonem, Hippocratem, aut Galenum, summis quidem labijs laudabant: quod celebres uiros, silentio præteriisse puderet: cæterum scripta eorum ne per somnium quidem uiderant. Hinc deprauata disciplinarum instituta, ueluti per manus tradita, ad nos tandem peruenere. Nam quid quæso aliud patru diligentia comparatum est, quam ut pro cultis, apertisq;, inculta, & uepricosa: pro nitidis, sordida: pro ueris, falsa, & superstitionibus plena, irreperent? Quæ tametsi nobis grauia forent, attamen ferri tantisper poterant. Sperabamus enim si quidem bonis literis (uti cœpit) fortuna arrideat, difficultates omnes, quæ à sophistis imminent, unius ætatis spatio finiendas. Quo magis animus erat post diutina dissidia, arma deponere, ac rei euentum tacite expectare. Cæterum calumnias, conuictia, hostiles inquam, atque indefessos animos, quis æquo animo ferat? Quis rursus generosos uiros, meritis laudibus fraudari? Ut interim taceam plurimos, partim longa persecutione deterritos, partim nouis artibus illectos, in barbaroru castra quotidie configere. Quod fit, ut Reipub. literariæ interesse putem, uti pro uirili dīmicemus: ne intempestiu isto silentio, aut manus dare uideamur, aut labefactatos quosdam, prorsus concidere sinamus. Cæterum ut criminè ab uno, ò lector, omnes noris quales sint, quibuscum nobis negotium est: cōgressus cuiusdam meminisse statui: ut qui una cum magnæ apud uulgas autoritatis uiro, non pridem habitus sit. Is iam antea ed levitatis, ac petulantiae processerat, ut in spem ueniret, obliterandæ Galeni gloriae. Quare publicè cœpit conuictis impetrere, & ridiculis titulis de honestare eum uitrum, quem (ut cæteros fileam) magnus ille Simplicius tribus quondam clarissimis cognomentis insigniuit. Nunc quidem

7

quidem πόλυ μαθέσασθοι, nunc φιλοπονώταςθι, nonnunquam θεωρίας
μάτιον appellans: quasi nefas foret, absque honorifica adiectio-
ne ipsius mentionem habere. Ast iste palam Galeno oblo-
quitur, dicaces quosdam atq; impudentes iuuenes načius, qui
Galenum inscitiae, & ruditatis, arguere audeant: Arabes uero
scriptores euehant: polliciti se plurima propediem edituros,
a quibus Galeni gloria periclitetur. Quibus pertentatis, cum
ne uel minimum quidem profecisse se cerneret: non secus ac
si furiis ageretur, apertis telis in nos, nostraq; irruere coepit.
Atque equidem nescio qua sorte factum sit, uti me ex Gale-
nica familia postremum, tunc primum in latebra exiens Scor-
pio, offenderet. Cum enim hisce diebus, sorte quadam, uniuerso no-
bilem mulierem inuiseremus, uidereretq; uir aliqui sagacissi-
mus, summam agendorum omnem mihi committi: coepit
tandem ea animi indicia erumpere, quae magna uir multo an-
tea cohiebat. Me uero fortassis honestius erat isthaec negli-
gere: uolui tamen aliquando eorum mores atque eruditio-
ne, iactatamq; toties experientiam omnibus innotescere: simul
uti Homerī consilium susciperem qui aliquando ait:

Ἄνδρες ἐπαγγελμάται, ὅτε τὸν προτέρων χαλεπήν.

Quare totius disputationis historiam fidissima narratione
conscrībam.

P R O T H E S I S.

MVLIER ætatis adhuc consistentis, acuta febre laborabat:
atque hæc duarum tertianarum, quæ post meridiem in-
crescerent, formulam seruabat. Temperamento humida erat:
inediam, uti asserebant, satis facile ferens: uictu tamen plenior-
re pauloante uisa: Octauum iam mensem grauida: uiribus
haud imbecillis: Tempus anni ortus Pleiadum. Ego itaque,
ubi consedimus, capita rerum brevibus complexus, ita coepi:
Siquidem curatiuos scopos (uti par est) pensitemus, nulli du-
biū, quin morbi magnitudo, quod ad se spectat, uenae secti-
onem indicet. Suadet item putredo: ætas consentit: uictus qui
præcessit, una & tempus anni, quodammodo media sunt. Id
unum

8

unum dehortatur, quod grauida sit: nempe tūrū respectu,
quæ in eiusmodi corporis statu, si alimonia destituātur, facile
Iapsum eunt. Neque præripere prægnanti, fœtui ue, expedit,
quod maiore discriminē postmodum sarcire cogarīs. Quare
satius fuerit (Galenō autore) sinere utrumque frūi parto per
sanitatis tempus sanguine: cūm præsertim abundantiam te-
nuiore uictu breui immīnuere liceat: sic enim unicuiq; indi-
cationi fiet satis. Itaque usque ad morbi summum uigorem,
quem ex ipsius magnitudine, & specie, & modo motus, non
longe à septima futurum coniçere est: ptisanę tremore, uel
pane ex aqua, si id fastidierit, alendam censuerim. Quæ etiam
bis quotidie assūmere longiusculum paracmaстices tempus
ægram permittit. In auxiliorum uero censu, acetum mulsum,
quod aquæ plurimum recipere, in quo etiam apij radix me-
diocriter incoqueretur, propinarem. Id nanci urinaria excre-
menta, citra uin, proritare potest: tepidoq; suo calore concre-
ta fundere: semicrudæ concoquere: astricta remittere, satis ua-
let. Quæ omnia curandis febribus sunt, ut si qua alia, oppor-
tuna. Alium iterum, quod astricta sit, mollissimis clysmatis
ducere expedit, qualia ex aqua, oleo, & melle, parantur. Nam
ualentioribus seu ablutionibus, seu pharmaciis uti, neutiquā
expedire puto: tum, quia ante coctionem dimouere succos,
noxiū existit: tum quia non satis adhuc constat, quò natura
uergere debeat. Sperandum postremo, cūm symptomata non
adeo minacia secum ferat morbus, neque malis moris sit, uir-
tusq; uim ipsius facile ferre uideatur, ni error accidat, in salu-
tem finiendum.

A N T I T H E S I S.

AD hæc ipse: Quod ad sanguinis missiōnē attinet (jam enim
circa morbi notionem, & morem, & quæ ad corporis
naturam pertinent, inter nos conueniebat) in tuam sententiā
lubens uenio: uerendam inquam, in modo omnino omittendam.
Quin potius demiror, quo pacto tibi in mentē uenerit, quasi
eam Hippocrates omnino non tollat, dum ait, Grauidā missō
sang

sanguine abortum pati. Cùm uero addebas, Putredinem san-
guinem mitti suadere : pertrita illa sententia permotus uidea-
ris, quæ optimum, Galenus ait, in omni febre, quæ ex putre-
dine est, uenam incidere. Noui etenim iunorum ingenium,
quibus mos est, sententias quasdam, inex plorata autoris men-
te, haud sine laborantium iactura suscipere. Nam si his uerbis
temere subscríbas, longe errabis : quando nec Galenus ipse
id obseruat, ubi febrium curationes aggreditur. Quanto igit
tur melius maiores nostri, qui cuncta experientia comproba-
runt, et sententiæ peruenere, uti dicerent : Non in synochis
modo, sed generatim in unaquaq; putridarum febrium diffe-
rentia salubrem esse sanguinis missionem. ne forte tibi per-
suadeas, in solis synochis utilem esse. Id unum non omittam,
cur uenæ sectionis loco, ubi id facere non audebas, aliuū non
solueris : in principijs præsertim, uti docet Hippocrates.
Quod sanè præceptum ita hacenus patres custodiere, ut si
forte fortuna in morborum initijs omissum sit, procedente
quoq; tempore censuerint non dimittendum. Cæterum au-
dio sciolos quosdam, è quibus tu forte es, omnem eiusmodi
imminutionem abhorrete. Verum quod contentiosos ani-
mos, & inuictam péruiacaciā apprime norim, ad reliqua, quæ
proponebātur, reuertar. Quæ igitur de uictus ratione diffe-
rebas (pace tua dixerim) haud temere admittenda uidentur.
Ego nanque Galenum & medicorum optimos imitatus, plu-
rimum consuetudini tribuo : Li nanque neque dum corpus
minus ualet, nec nisi per longum otium, usum mutari permit-
tunt. Quid igitur, obsecro, uictum omnem suetum subito im-
mutasti? quantitate & qualitate, tum nutrimenti, tum potio-
nis longe euarians. Aut quonam pacto ptissanæ succo, matrē
una & grandiore iam foetum seruari posse confidis? An po-
tius necesse erit utrumque deficere? Sed quid multis moror
quín potius sectamur uetustissimi Hippocratis sententiam,
qui plus, grauiusq; errari ait, in tenui uictu, quam in paulo
pleniore. Quanquam à uini potu, quod capitidolore tenta-
tur, abstinere optimum sit, ac pro eo granatorū succum pro-
pinari:

pinari: quippe qui cùm iucundus sit, & caput minime tentat,
 & putredini, ut si quid aliud, aduersatur, ut scribit A uicenna,
 tum alibi, tum ubi pestilentibus febribus opem fert. Nam de
 ptissimè succo, quē tu p̄e ceteris selegisse uideris, qd opus est
 uerba facere? Mitto quodd insuetus cibus, quodd tenuior mul-
 to quā res ipsa exposcat, sed quodd Galeno autore, in propo-
 sita laborante omitti debeat. Hoc, inquā, haud leue aestiman-
 dum est, tibi præsertim, quem miror (cum te Galenicum ia-
 ctes) locū hunc latuisse. Is igitur eo libello, quo dicato opere
 de ptissimæ præparatione, uiribus, & usu, disputat, aperte
 n̄s ptissima interdicit, quibus astricta est alius. Quare cùm
 ægra hæc nil sponte deñciat, lædetur proculdubio ptissimæ
 usu. Quanto igitur melius, quanto cōsultius fiet, si maiorum
 uestigij inhaerentes, uictum ita instituamus, ut quamminim-
 um à consuetudine absit, euitatis duntaxat malī succi ciba-
 rijs? Hoc enim ægris conducere, & ipsi longo usu inuenere,
 & nos hactenus comprobauimus. Quid enim mihi exempla
 quæram, quasi res ipsa testibus indigeat? Quasi numerū eo-
 rum recensere quis queat, quos maximis correptos morbis,
 tum ego ipse, tum præceptores mei persauimus. Quos
 quidem interire par erat, liquidē letale sit (uti dicitis) acuta
 laborates, consuetis cibarijs enutrire. Non præterierim, quin
 & de cibandī hora, quid sentiam, exponam. Expectare enim
 febris inclinationem, quod tu suadere uideris, nemo prudens
 laudauerit, ut quæ nimis longe absit. Vbi itaq; febris incre-
 scere cœperit, maturandam renutritionem iudico: nec gratis
 fame diutius cruciadum puerulum. Ita nanci ueteribus mos
 fuit, ut si quando febris tempora protraheretur, principio &
 summo uigore euitatis, in ipso incremento nutrissent. Cūm
 hæc, sublata de industria uoce, Hetruscis uerbis pronūciasset,
 assensisse quoq; confidentes mulierculas, nempe pueruli pie-
 tate permotas, atq; omnia isthæc lēto quodam murmurè ex-
 cepisse cognosceret: tempus dari ratus, quo conceptam iam
 antea ferrugineam bilem euomeret: turgentibus iam p̄e ira
 oculis, atq; ore spumanti in me laxis habenis cœpit irruere.

Nam

Nam de medicamentis, inquit, si uerum fateri licet, inconsiderate admodum uideris potionibus apium incoxisse. Neque ullam uel minimam indicationem, ab eo quod grauida sit, tibi sumpsisse. An modo te fugit, apium cotyledonas uuluae aperire, & abortum facere? Nam quod menses moueat, Galenus testatur. A uicenna uero præter hæc, malum quoque prægnantibus esse ait, & comitialem insuper morbum extare, grauissimum sanè tenello foeti incommodum. Quid igitur læti obsecro parētibus euueniet, siquidem epilepticum puerum exceperint? Porro quām utile sit apium febribus curandis, Galenum sciscitare: qui libro Therapeuticis v i i i . non minus febribus aduersari dicit, quām Nepetam & Origanum. Ad hæc cūm, prout tempus & locus exigebant, respondere coepisem, sermonē illico abruptus: atque indignabundus, ac si temeritati & inscitiae nostræ succenseret, inauspicatos ait sese nobis ægros committere: nempe audacissimis uiris, & qui sibi omnia tribuant, admisceant, addant, auferant, temperent pro arbitrio uniuersa, quasi naturam rerum in manib[us] habeant. Quæ cum dixisset, uti plus inuidia mihi pareret, suic[us] desiderium augeret, abiit. Porro longe aliter, atque ipse animo conceperat, euuenit: Nam paterfamilias uir doctus, eiusmodi quoque belluarum genus optime callens, curationem omnem mihi permisit. Itaque eadem curationis serie seruata, ad septimam diem sanitati restituta est. Paucis uero diebus interiectis, ualentē foetum edidit. Ego itaque hæc abs te percessus (iam enim ad te sermonem omnem conuerto, senex clarissime) tametsi uberrime retaliare saepius mihi licuerit, statui potius rem omnem literis mandare: mea interesse ratus, si quidem haud amplius mulierculis, & indocta plebe, uerum doctis uiris arbitrī, causam dicamus. simul ut ueterem, & Galeniam disciplinam à rabidorum canum morsibus pro uirili tuear.

b : Quantam

Quantam uim, ac quam dignitatem in curandis ægris consuetudo obtineat. Loci præterea nonnulli ex Hippocrate, & Galeno declarantur. Colligitur, permutedam consuetudinem, haud tamen importunè.



G I T V R disputationis nostræ initiuū diæta esto, posteaquā in eā multis modis inuectus es. Reprehēdis uiuēdi rationē, quā præcepimus: quod præter cōsuetudinē sit, quod admodū tenuis, quod cibarijs parum cōmodis usus fuerim. Ego uero, ut à cōsuetudine incipiā, sicut longe ab his dīgredior, qui cū Thessalijs cōsuetudinē negligunt: ita minus uobis cōsentio, qui cæteris ferè post habitis, omnē uictus rationē ab usu desumitis. Cū uero utrīcī decipiamini, pluris tamē errorē uestrū facio, quo scilicet plurimi periclitantur: de qua re fortassis alias latius. Nunc enim satis fuerit rerum capita perstringere: è quibus haud magno negotio Hippocratis & Galeni sententiam quiuis exploret, quorum etiam commentaria consulenda arbitror: atque ea præsertim, in quibus de acutorum uictu accuratissime disputatum est. Eos sanè disquisitio eadem angebat: ut qui cītra controuersiam in morbis curandis, ad insueta ægros deducat. Nam quis quæso consuetum uictum permutari negat, si æger ad quartam usque uel septimam in integra inedia feruetur: uel si sola ptissana, aut ptissanæ succo, aut oximelle regatur: uel si in molli strato noctes, diesq; quiescat, exercitari suetus? Hæc igitur, atque eiusmodi ægris præcipiebant: tametsi compertum haberent, magnam esse consuetudinis potestatem. Quod enim incommoda multa sequantur eos, qui consuetudinem repente permutant, longa disputatione monstrabat² Hippocrates: seu cibum præter solitum capiant, siue ieiunent: siue insueta cibaria potionेः ingerant: seu exercitentur plus solito, aut quiescant. Necesse igitur erat, ut qui toutes aduersus consuetudinem peccauerat, partes suas tuentur. Quod & facit ab ea libri parte, qua inquit, Pars contraria iuuanda est. Nam licet consuetudinis fautor præcipuus fuerit

fuerit Hippocrates : ne tamē ueritas multitudine argumentorum obrutatur , nodum hunc dissoluere enititur, breui sanè uti assolet,& obscura oratione . Dixerat enim iam antea aduersus quosdam , qui consuetudinem ea ratione permutandam cēlebant, quod magnæ illi mutationi, quæ ex sanitate in morbum est, magnam quoq; in uictu permutationem opponere oporteat: Verba eiusmodi: τὸ δὲ μεταβολὴν μὴ τὸ ἔχει μηδέλιγον ὅρθως μετένθεσάν, οὐδὲ μεταβολὴν. οὐδὲ τὸ τῆς μεταβολῆς ἀπροστροφις τῶν γεμάτων τὴν μᾶλλον. Quæ cominodè sic uertas:
 „ Ipsū uero permuteare bona non pauca nobis assert: dum
 „ tamen permutatio rectè fiat: & ex mutationibus præcipue,
 „ quæ in ciborum adiectione est. Quibus docet, tempestiuē uitium permutandum, præsertim si cibos adjicere est animus.
 Non^b multo uero postea plurima addit, è quibus satis liquet, quandonam permutatio consuetudinis, necessaria sit: quando rursus, uti summum malum, euitanda. Summa uero eorū, quæ sparsim ab eo dicuntur, iuxta Galeni^c sententiam, ea est: Permutandam sape in morbis uictus rationem: neque id uerendum, modo id tempestiuē fiat. Fiet autem tempestiuē ea mutatio, siue maior, siue minor, quando in corpore quoque ægrotantis, insignis aliqua mutatio facta fuerit. Hoc uno obseruato, ne repente (quantum tamen per uelocem morbi motum licet) contingat. Sic enim minus sanè laedet. Quæ uero incomoda ex mutatione consuetudinis euenire dicebamus, omnia inde contingere^d ait, quod intempestiuē facta sit, priusquā scilicet status ægri permutetur. Quasi (ut Galenus infert) cōmode fieri uelit, cum in alium statum corpus ducatur. Hos status exponens ismet, quaternario numero comprehendit. Primus sanorum est: è quo ad Secundum, qui laborantium ad uigore usque est, peruenitur: Tertius ad morbi integrum solutionem terminū habet: Quartus demum convalescentium est. Manifestum igitur ex his, non esse eam consuetudinis potestatem, ut uitium immutari prohibeat. Quāquam id uerum sit, ut si per morbi uitium concedatur, consuetis maximè sit utendum. Sūam enim unaquæque indicatio
 b 3 potesta

^a 2. lib.^b codem lib.^c codem lib.^d codem lib.

7. Therap. ad finem.

Lib. 2.

potestatem habet: estcū solertis medici officium, validiores se-
ctari, dum nonnihil interim & cæteris quoqz satisfaciat. Ne-
que est quod mirere Galenum tantopere in Therapeuticis li-
bris, consuetudinem efferentem: adeo, ut uim ipsius maxi-
mam aliquādo dicat. Iis enim nihil aliud habere uoluit, quām
persuadere non esse negligendam, neqz temere omittendam.
Similiter Hippocrates partes eas, quæ pro cōsuetudine sunt,
multis argumentis tutatus est. Iam enim mos inualuerat con-
suetudinis omnino negligendæ: quod ex ipsius sanè uerbis
conīscere est. Nam quod libro Therap. V I I I . Galenus ait
μετίστη καὶ κνεωτάτην uim habere eam, *ὑπορθελικῶς* dici putan-
dum est: ad eos scilicet, qui nulla ipsius habita ratione, & in
uictu præcipiendo, & in auxilijs inuestigandis aperte à con-
suetis desclibebant.

Disputatio de acutorum uictu, quod ad quantitatem, &
qualitatem attinet, comparatio item succi ad integrum
prißanam: & ponderis ratio quæ conīsci possit.

4 Lib. 2.

Reprehendis rursus institutum à nobis uictum, ueluti plus
iusto tenuem, ac si inde ægram deficere periculū sit. Quo-
niam uero tuam hanc sententiam, nullis argumentis compro-
babes: si quidem autoritati tuæ Galenicam obiecero, mirum
ni una & criminis, & suspicionis absoluar. Hippocrate igitur
& Galeno arbitris, in aream descendamus, si libet: atqz ab ipsis
quæramus, quanam uia nihil (quod saltem nota dignum sit)
in uictu delinquamus. Respondebunt (arbitror) his uerbis²:
„ Conīscere autem oportet, & fortitudinem & modum cuiuscz
„ morbi, & laborantis naturam, & uiuendi morem: tam in cibis,
„ quām in potibus. Quibus sanè prima illa complexus est, ad
quæ respiciens, quām minimum à iusto modo recedas. Cūm
enim modum morbi, ait, & speciem, & motum, & morem in-
tellexit. Per hominis uero naturam, & ætatem & tempera-
mentum, tum naturale, tum acquisitum, sexumqz, & habi-
tudinem corporis comprehendit. Siquis itaque singillatim
unumquodqz horum consulat, satis uereor, ne apud probos
medicos, plenioris uictus potius qz tenuioris arguar. Cūm
enim

enim ætatis foret inclinati iam proximæ corporis habitu subpingui, uixdum exacto uere: cum iterum acuto morbo premeretur, mediocriç nutritamento insueisset, foretç paulo plenius ijs diebus nutrita, quæ sane omnia tenuioris uiclus indicia sunt: cum rursus grauida foret, atque hinc uberiorem uitum exposceret, mediocris uiuendi modus omnium collatione colligi uidetur, sed qui tenuitatē potius respiciat. Erit autem hic proculdubio per ptissanā. Sic enim de ea Galenus ait, in libro de acutorū uictu: ἀκερβῶς τὸ μέγα τῷ γάτῳ εὐθελῶν καὶ αξεστόν, per ptissanæ, inquam, mediocrem modum: hoc est, oxibaphi mensuram, eodem^b autore. Neque enim id quoq; monere prætermisit, omnium bonorum nobis autor, quasi præ sagiret, futurū aliquādo, ut Barbarorum illuie abolita arte, omnia confusa, atq; incerta forent. His positis, aut, ni fallor, satis aperte monstratis, nempe quod& mediocri uictu uti debuit, quodç mediocris is demum sit, qui per ptissanę oxibaphum: supereft ut ostendamus, nihil in uictu instituēdo à nobis erratū. Posuit, ut suprà diximus, Galenus quoddam ueluti exemplū mediocritatis, utpote qui quantitatē eam satis facere ijs arbitraretur, qui mediocrē uictum exigerent. Neq; enim satis erat, si acutos morbos, aut peracutos, hoc uel illo cibarij genere nutrit eos dixisset: ni & pondus, mensuram ue addidisset. Nos uero, quod uestra diligētia, senes peritissimi, cum alijs plurimis artis instrumētis, tū parādæ ptissanæ modo careamus, coacti semper sumus ad eius succum cōfugere, modum augentes, ita ut pro ptissana nobis deseruiat, melius rati leuem hunc errorem cōmittere, quam magno ægrorum damno ad deteriora cibaria cōfugere. Necessarium itaq; nobis erat, ut de succo ptissanæ, itidem exemplum aliquod apud Galenū inueniremus. Porro ipsum aliquādo memini homini ferè iam defecto succi ptissanæ cyathos tres propinasse. Quam quidem mensuræ rationem ita supputare possumus: Succi ptissanæ oxibaphum, quod melli proportione respondeat, uncias tres & dimidiā pendere uidetur: at cyathus uncias duas, duabus ferme adiectis drachmis. Quæ si uera sunt, iam

a Lib. r.

b Lib. r.

r. Aph. 4

Lib. 10.
Therap.

iam sorbitionis eius pondus unciarum sex cum dimidia ferè extitisse uidetur : neque inuitus crediderim, Galenum id ditta opera obseruasse. Oxibaphum enim ptissanæ sicuti du- plam nutriendi uim habet, ita & mediocris modus esse dici- tur, cùm tamen dimidium ferè pendat. Consequens igitur his quæ dicta sunt, circiter septimam unciam, aut paulo in- fra, eam mediocrem succi potionem esse. Quem modum licet nonnihil prætergressi simus, cùm neque letalem noxam in- de ægram subituram confiderem, uolui aliqua ex parte mor- sus tuos effugere : satis gnarus, in acutis morbis, præfertim ita affecto corpore, ² non omnino certa esse præfigia salutis, aut necis. Hæc obiter de ptissanæ & succi, tum uiribus, tum utendi modo sint dicta : quæ tametsi nil certi, firmi ue præ- seferant : fuerint saltem præludia quædam, è quibus aliâs uel à nobis, siquando plus otij nacti erimus, uel clarioribus in- genijs, hoc quoque medicæ artis caput illustretur. Nam cùm maxime necessarium sit, hominum consideratione penitus excidit, nihilq; est quod æquè negligatur.

Locus ex Hippoc. aphorismis: In tenui uictu ægri delinquunt.
quo disputatur, an tenuis uictus magis periculosus, mul-
taq; ex secundo de acutorum uictu explicantur.

Quod uero adieciſti, Cōſilium Hippocratis tibi cordi esse, proinde horrere te uictum tenuorem: iam locum non habet: quando monstratum est, quem instituimus, non mos dō tenuem dici non posse, sed mediocritatem potius exce- dere. Cæterum res ipsa dignotione digna est: neque in er- ore adeo graui ſilendum iudico. Igitur quòd Hippocratem ſuſpicias, uir præclare, consilium laudo. Nam quo, quæſo, autore ſecurius morborum curationes aggrediaris: aut quo tutore alio calumnias æque diuites? Sed uide, amabo, ne dum te Hippocraticum fingis, Varignanas, aut Sauonarolas illos tuos oboleas. Meminifim', obſecro, eorum quæ nuper obiecti tibi, cùm ex Hippocrate locum illum citasses? legiſ- b lib. A. „, ſe (inquam) me, ex eodem autore, eiusmodi uerba: Multo cut. 20. „, minus adiectioni uacare oportet: Nam & penitus auferre ſæpe

„ Sæpe prodest. Porro consulentis pleniorum usquequaque uitium, uerba ea non esse. Quibus auditis, non secus ac laqueo præpedita uulpecula, in eam tandem uocem prorupisti: Num igitur contraria aliquando sentit Hippocrates? Igitur loca hæc, quod etiamnum multorum animos perturbant, paucis examinare est animus: haud profecto in tui gratiam: quippe quem multo antea nostra fastidire, ac sinistro oculo spectare, non ignorem. Quanquam id mihi, omen haudquaquam infauustum existimandum sit. Nam te iamendum (uti ex multis coniçere est) κίνηται κακῶς ἔχει, metr̄ intērim Poëta solatur cum ait, ὁ φθόνος γάρ τεπται εἰς τὰς ἔχοντας. Quantitatem igitur nutrimenti, quam tuto ægro offeras, artificij quadam coniectura est assequi, quod etiam paulo ante dicebamus. Atqui tuto nutries, si à recta uiuendi formula quām minimum distes. Quam etiam adeo diligenter obseruandam uoluit^a Hippoc. ut ex ea una omnem ferè saluandi ægri spem pendere iudicet. Cæterum coniecturam eam assequi (inquit^b Galen.) non unicuique est, æquè facile, sed spectatis tantummodo uiris, & qui natura prudentes cum sint, in ea arte probe exercitati fuerint. His inquam, quibus non luxus, non laqueata domorum tecta, non ingentia prædia cordi sunt: sed uetusissimæ, & sanctissimæ artis decus, Galeniç, atq; Hippocratis, quibus ducibus effulsi, inclyta memoria. Cum igitur eiusmodi uiros monstrasse haud facile sit, ægro-rū pericula miserati ambo, uerba ea adiecere, quæ tibi modò proposui. Quæ etiam ad eos scripta esse Galenus^c uoluit, qui parum felici ingenio existunt. Iis itaq; studendum ait, uti in nutriendis ægris, siquid per imprudentiam peccatur, ad parcitatem potius attineat: quod scilicet longa obseruatione compertum habeant, exuperantias parere nonnunquam noxas inemendabiles: Contrà, si qua noxa ex parciore uictu subeat, facile emendari. Nam cùm primum dilabi uires senseris, cibi exiguum offerens, ægrum restitues. Hæc consulit Galenus. Quod etiam aliquando opere monstratum, scriptis^d manda uit. Cùm enim squalens ille, qui Thessaliorum inscritia eò de-

a Lib. 1.

Acut.

b Lib. 2.

Acut.

c Lib. 2.

d Lib. 10.
Ther.

ductus erat, ut uix oculos attolleret: non dubitauit tamen absq; cibo eò imbecillitatis deducere, uti uelut lignum iaceret, ac uix impellentem sentiret. quòd certus foret, posse se, cùm libuissit, paruo negotio noxam omnem tollere. Alibi

^{a Lib. 2.} „ itaq², Læsio (inquit) quæ ex inedia, neque adeo uelox est, ne de Acut. „ que ita euidentis, sicuti quæ ex cibo. Cæterū uti omnibus

^{b Lib. 1.} „ animo inhærent quæ diximus, non ab re fuerit, noxas recen-

fere, quas ex pleniore uictu eueniēre ipsimet prodiderunt. ^b Si

„ dolor magnus & continuus (inquit Hippocrates) hominem

„ habet, & sputum glutinosum, ni quis dolorem uel secta uena,

„ uel alui subductione soluerit, ptissanam autem dederit, præ-

cipitem aget in mortem. Quod uero de ptissana ait, nemo du-

^{c eo. lib.} „ bitarit, de alijs quoque edulis intelligi debere, quæ ptissa-

na grauiora sunt. Noxas igitur letales, minus commoda nu-

tritio efficit. Multos namque ægros reperiri, Galenus ^d ait,

quos si ab initio nutrias, ante quartum præfocabis. Non ne

uides Philonis filiam, cùm benefico morbo laboraret, quòd

intempestive coenauerat, perijisse? Cùm igitur tot, tantaq; im-

mineant, si quando in grauiore morbo pleniore uictu, quam

par erat, ut amur: consultè admodum suadent uiri probatissi-

mi, ubi quod adamussim conueniat, coniectasse non licet, ad

tenuem uictum declinare: eius namque noxas facile emenda-

ri. Quin & princeps medicorum Auecenna, ut hinc tandem

~~παλιωδεῖς~~ canere incipiam, sententiam hanc scitissimè, uti so-

let, explicauit his uerbis: Cùm ignoras morbi naturam, te-

nuiore uictu utitor. Quo loco ita metam optimi interpretis

attigit, ut multis potius errandi extiterit occasio: è quibus

nimirum & uos senes estis, uti mox monstrabimus. Cùm igitur

Hippocratis & Galeni hæc proculdubio mens sit, super-

est ut monstremus, non aduersari his, quæ in libro Aphoriz-

^{f. Aph.} „ smorum primo scripta sunt: ^f In tenui (inquit) uictu ægrí de-

„ linquunt: ideo magis læduntur. Quòd autem magis lædan-

„ tur, in causa esse ait, errores grauius ferri: quocirca sententiam

„ omnem claudens ait: Ob hoc igitur tenuis uictus, atq; admo-

„ dum exquisitus, eo qui paulo plenior, magis ut in pluribus

pericu

periculosus. Primum itaq; memoria teneri uelim, librum Aphorismorum, rerum tantummodo capita colligere, quæ alibi demonstrata sunt. Quamobrem obscuriora sæpius existunt, ni quis loca, unde sententiae illæ acceptæ sunt, ob oculos proponat: quod & hac parte contigit. Igitur Hippocratis tempestate peccabant tum ægrí ipsi, tum medici, circa uictus rationem, ut ex secundo de acutis accipere est, quod intempestiuæ inediā imperarent: aut rursus intempestiuæ, nutritrent. Nam cùm morbi ratione detrahere oporteret, adiçere cogebantur: utpote qui intempestiuæ detraxerant. Sic^a Thessalij primitis diebus corpora fame siccabant: postmodum aduentante iam statu, in quo ad tenuitatem uergere oportuit, ad uitium pleniorum transfire cogebantur. Atque utinam nostra tempestate non adforēt Diatribarj quamplurimi: tuq; in primis, qui tanta tibi tribuis, eiusmodi calumniam effugeres. Sed ad errores, de quibus in Aphorismo scribitur, reuertor: Quidam per morbi acuti initia (uerba sunt ex libro secundo de Acutis) comedenterunt: alij quidem eodem die, quo laborare coeperunt: alij postero: atq; alij quidem quod forte obuium fuit: alij uero Ciccone sorplerunt. Sanè hec omnia deteriora sunt quam si altero modo quis uitium institueret. Cæterum quæ tunc temporis peccantur, minus multo laedunt, quam si quis primitis duabus uel tribus diebus uasa integrè inanuerit: mox quarto uel quinto uitium eiusmodi instituat. hoc est, priusquam morbus maturus reddatur. Inde enim quarti & quinti meminit, quod status in ualde acutis ad eos dies perueniat. Meminit quoque de his erroribus eodem libro, ubi ait: Medicos autem uideo contraria è diametro facere his, quæ oportet. Omnes enim uno ore iubet, in morborū initijs per duos, aut tres dies, aut etiam plures inedia siccare languentes: demum sorbitiones potusq; præbere. Et rursus: Sunt igitur hæc magna alioqui testimonia, quod non recte uictus rationem laborantibus medici instituat. Sed in quibus ægris inanire uasa nō expedit, quod sorbitionibus regi oporteret, uasa inaniunt; in quibus uero non oportet ex uasorum inanitione

^a Therap. 10.

ad sorbitiones transire, in his transeunt. Iam igitur manifesti sunt errores, quos committi uidit Hippocrates sua tempestate: qui iterum Galeni ætate, per Diatritarios, Thessalo duce, inuecti sunt. Nec minus rursus apud nos reuixere: quod unusquisque uidet. Nemo enim uestrum est, qui ad uasorum inanitiones, atque ad pleniorum uictum ægros quotidie intempestiue non deducat. sed de his nonnulla aliæs. Cùm igitur uisum sit, quomodo in tenui uictu ægri peccent, quod scilicet ipsum intempestiue assumant: uidendū modo eodem autore, quo pacto error hīc multo deterior existat, quām si in pleniore uictu sit erratum: atque eo sit grauior, quò tenuior fuerit. Nam^a melius (inquit ille) esse affirmo statim sorbitiones propinare coepisse, quām ubi prius uenas inanieris: postmodum, tertio, quarto, quinto, sexto, uel septimo. Comparare sane uolens errata in uictu, ac docere, deterior esse, siquidem intempestiue à tenuiore uictu ad pleniorum te transferas, quām si è pleniore in tenuorem commutatio fieret. Et

^a 2. lib. „ alibi: ^b Multiplex in uentre læsio fit, quando ex multa inanitione repente plus iusto aliquis offerat: estq; noxa multo maior, quām si ex pleniore uictu, ad uasorum inanitionem produceres. Rursus: Ingens malum est, si quis ægro ob dolorē, aut morbi acumen imbecillo, potum, aut sorbitionem plurimam, aliud' ue esculentum propinarit, ob uasorum inanitionem imbecillum factum esse arbitratus. Turpe quoq; est, non aduertere eum, qui ob uasorum inanitionem laboret, atque inde uictus genere affligere. Hoc enim erratū periculi non-nihil affert: Sed longe minus altero. Cùm igitur in uictu instituendo erretur, & quod intempestiue inedia præcipiantur, & quia intempestiue renutritur æger: prior tamen error damnū longè maius pariet. Iam enim apertum ^c est, quò magis statum uersus peruenitur, eo tenuius uicitandum. Hæc itaque sunt, è quibus Aphorismum collegisse uidetur Hippocrates, quem nimirum opportune adiecit. Nam cùm paulo antè dixisset, tenuem uictum in acutis, in quibus non conuenit grauem esse: extremè uero tenuem omnino grauem, crederet

^c Lib. Aphor. 1.

1. Aph.

deret non immerito quispiam, uictum admodum tenuem, ab
 „ eo prohiberi: non aduertens eum ipsum interim scribere, Ex-
 „ tremis morbis exquisitè extre mas curationes conuenire. Et
 „ rursus, Vbi morbus ualde acutus est, tenuissimo uictu uten-
 „ dum. Præcipere etiam, Vt nōnunquam ab omni prorsus ci-
 bo abstineamus. Quare opportune profecto adiecit, qua ra-
 „ tione uictus tenuis ægros offendat. Quoniam (inquit) in uictu
 „ tenui errant. Error autem est, dum eiusmodi uictus formu-
 Jam sibi intempestiuè deligunt: quare magno postmodum
 detrimento ad cibos traduci coguntur. Atque hos errores
 grauissimos esse dicebamus, eò maximè, quod circa statum
 committuntur. Rectè igitur in calce totius Aphorismi collig-
 it, uictu exquisite tenuem, plurimum minus tutum, quam
 paulo pleniorum. Si enim rari morbi sunt, in quibus citra pe-
 riculum tenuissimum uictum instituas; erit nimirum ut plu-
 rimum periculosior. Quare quanquam uictus tenuis nonnū-
 quam ex usu sit: nōnunquam & ipse exquiste tenuis, quam-
 uis rarius: attamen nemo temere hæc in morbis audeat: ue-
 rùm diligenter perpendat, nunquid ad uigorem usque cum
 eo uictu æger perdurare possit: alias grauiissime peccabim-
 us, in statu cibum dare coacti, cum præsertim ex inedia
 uires collapsæ fuerint. Hæc sunt, quorum commoneface-
 re uoluit suæ ætatis medicos Hippocrates: pericula sanè
 monstrans, quæ instant: ni quis & in quibus conueniat, &
 quo tempore conueniat, diligenter præmeditetur. Dubita-
 bit fortasse aliquis, contraria scribere Hippocratem suspica-
 tus: Nam secundo de uictu acutorum, periculum ægro mi-
 natur, si in morbis nonnullis paulo plenior diæta instituatur.
 Rursus in Aphorismis, securiorem asserit uictum paulo ple-
 niorem. Iterum eodem libro, noxam quæ ex parciore uictu,
 corrigi facilem, scribit Galenus: ibi uero grauius errari ait,
 in tenui uictu. Quod si noxa quæ ex parciore uictu, circa sta-
 tum sentiatur: cogeris uires cibo reficere: quod sanè graue
 damnum paulò antè iudicabant. Ad hæc in hunc modum fiet
 sat. Uictus tenuissimus nonnunquam necessarius, sed ^b rati-
 onius

lib. Aph.

li. Aph. r.

et Aph.
z. de Vic.

b i. Aph.

rius: ideo raro periculo non uacat. At si interim cum uiictu utendum tenuissimo est, uiictum uberiorem quis paret, noxas maximas perpetrabit. Sicuti uero tenuissimus uiictus, quod raro periculo uacet, non nisi præmeditate instituendus: ita si quando mediocri quopiam uiictus genere sit utendum, neç exactam illam uiuendi formulam quis satis norit, minus profecto peccabit, si à mediocritate in parcitatē inclinet. Quæ uero secundo obiectebantur, facile diluuntur. In aphorismo enim de uiictu tum tenui, tum tenuissimo intelligunt, quem toto morbi tempore, ad statum usque instituunt. At libro secundo de acutis, Si quando, inquit, in eo uiictu, qui (exempli gratia) tenuis recte præcipitur, paulisper ad id, quod tenuius est, te conuertas: facile si qua noxa subeat, emendatur, cum primūm uires dilabi senseris.

Locus ex libello de ptissana: simulq; eius vires. Comparatio iterum ipsius ad cætera edulia, & ad aliam priuatim: de qua nonnulla obiter.

a Galeni
uerba b i. de Vi
etu. **S**Vperest ut de ptissana nōnulla dicamus, quam improbabas, quod insueta est: quodq; ubi astricta aluus sit, nocere possit: cui rei Galenum testem affers. O' igitur exercitatum senem (nam à postremo hoc coepisse iuuat) o' naturę peritum.² Vides ne, amabo, quanta euentus differentia sit, quamvis ijsdem præceptoribus usi sint, atq; ijsdem lectionibus uersati? Quid ueteres autores euoluisse iuuat, male affectas mentes? An potius plus damni, quam lucri exportabitis? Sic enim consueistis, ut suboscuras uel uitio interpretis, uel præ breuitate, sentētias exquiratis: quo claros uiros peruicacię uestræ, & mendacię testes asciscatis. Attamen decuit philosophos, nullo etiamdum præmonstrante, probe nosse, ptissanam omni astrictione carere, deterioria uī præditam, facile descendere. Hoc tamen si liber, Hippocratis quoque & Galeni autoritate comprobato^b, qui ptissanam lubricissimam, ui deterioria præditam, atque in acutis morbis saluberrimam scripsere. Quibus sanè dotibus cremorem aiunt integræ ptissanæ præstare. Si igitur astrictam aluum tantum abest ut ptissana lædat, quin potius

potius iuuet, ac leniat; uidendum quid sibi Galenus eo loco
 uoluerit. Fecerat sibi (ut arbitror) siue Galenus, siue alius
 Galeni nomine, *eis ἀναμνησης* commentariolum, quo breui ca-
 pita eorum, quæ de ptissana scripsiterat Hippocrates, comple-
 teretur: non qui ad editionem exornatus foret. Scripsiterat
 igitur antiquus autor primo de Victu, in hunc modū: Qui-
 bus cibis statim inclusus est, si quis non uacuato eo, sorbitio-
 nem dederit, dolorem si adeat augebit. Paucis deinde inter-
 iectis: Si quem, inquit, nuper cibatum, ita ut nondum aluus
 detecerit, febris prehendat, à sorbitione tantisper abstinen-
 dum, donec ad infernas intestinorum partes cibum descēdis-
 se conieceris. Quibus nimirum nos monere uoluit, cibum
 haud tuto offerri (præsertim in acutis morbis) ni summa
 aluus aut sponte, aut medici ope uacua reddatur. Quod si
 ualde acuti morbi fuerint, non modo uentris uacuationem
 præire cibationem præcipit, sed & generosa omnia præsidia,
 siquo morbum egere iudicas. Ait^a enim: Si lateris dolor
 continuè angit, & ad calfactoriorum usum non remittitur,
 neque sputum procedit: sed extremè uiscidum est, & inco-
 stum: ni quis dolorem uel secta uena, uel alui subductione
 soluerit, ptissanam autem ita affectis dederit, præcipitem aget
 in mortem. Rursus paulò antè: Qui ptissana utetur, ab
 usu eius non desistat: ni uel ob medicamentum, clisma uie de-
 sistere oporteat. Quod autem de ptissana ibi ait, de omni quo-
 que edulio dictum esse Galenus credidit. Accidunt (inquit)
 hæc, non modo si quis ptissana intempestiue utatur, sed mul-
 to magis, siquid ptissana deterius ederint, uel biberint. Quod
 uero liber ille de Acutis, tantummodo loqueretur: ideo de
 ptissana præter cætera meminit. Quare si his qui nil sponte
 deñciunt, ptissana interdicit, iejunare eos perpetuo oportuit:
 ab alio nanque cibarij genere offendentur magis. Qui enim
 pane aut alica nutriunt, ptissanæ beneficij carent: è quibus
 illud profecto maximū, quod ἐλασσοτάτη sit, facileç descen-
 dat, atque una biliosa excrementa, mediocremq; pituitam de-
 tergat. Hæc alica efficere nequit, utpote quæ uisciditate mea-
 tibus

*a Lib. 1.
de Acc.*

Eod. lib.

z. de Vic.

tibus inhæreat, tardeq; descendat. Itaque experimento comprobatur, uim emplasticam, potius quam detersoriam, sibi inesse. Iam enim confectionem ipsius, & usum satis edocit sumus: notaq; est bigrana illa Zæa ex qua conficitur: eamq; pridem Petro Victorio uiro de literis optimè merito, mihiq; charissimo, non sine ipsius uoluptate, monstrauit. Cæterum de his plura fortasse, quam par erat.

Astringētia febricitantibus inimica esse, falsoq; dici putredinem persanare. Rursus de acidis, & eorum natura: quo loco de aceti usu, viribusq;, nonnulla, Demum de pestilentī febre, quantumq; in eius curatione iuniores decipientur. Loci nonnulli cum ex libro de natura humana: tum ex eo, qui de optima corporis constitutione est, explicantur. Quædam etiam ex lib. Therap. xj. & libro de febriū differentijs, obiter declarantur.

a 1. de
vist. b eo.lib. c 10. Therap. **I**gitur in censum ueniant modò, quæ tu quasi utilissima proponeras. Laudabas granatorum succum, quod natura refri gerans, quod caput minime tentet, quod sanandæ putredini idoneum: quam sententiam Auicennæ autoritate confirmas. Porro ad adeo grandem, atque adeo uulgatum errorem quis conniveat: Iam enim non eò duntaxat deuenere medici, uti acida offerant: sed ea quoque, quæ non leuem acerbitatem obtinent, quale omphacium, & Medica mala, & multa prunorum genera. Attamen in eo libro quem paulò antè uersabamus, ea quæ exasperant,^a Galenus febribus nocere ait: ea sunt acria, acida, astringentia: neque quempiam astringente uti cibo, n̄ uel symptomata, quod animi deliquium affe rat, uel immoderatum alui profluuium urgeat. Esto igitur consilium autoris ignobilitate apud uos nullius pretij: at demonstrationum robur nullus contemnet.^b Quæ (inquit) astringunt, corpora densant: uiasq; & alimenti, & distributionis, & transpirationis occludunt, quas reserari oportuit. Porro^c si quando ad inhibendum animi deliquiu astringente alimento utatur: ut si in acutis morbis bilis fluxione, os uentrīs affligitur, scire licet, medicum tantisper aduersum sym

symptoma pugnare, sicuti^a nonnunquam calida uina propinat, quò aduertanti iam syncopæ occurrat. Cæterum uetus dubitatio est, ob quam plurimi eò sententia deuenere, uti crederent, putredinem uniuersam, priuatim uero quam pestilentem appellat, frigidis, siccisq; persanari: acidos, acerbosq; succos, atq; omnino astringentes, in eum usum cōparantes. Sunt qui poma ipsa esui præbeant, atq; eò à mortis periculo securiores putent, quò quis plura ingesserit. Atqui nullius horum potuit esse unquā se se, sacrosanctè iurāt. Nam quid quæso (aiūt) æquè putredinem tollere potest, ac frigidum siccō iunctum: utpote quæ calido, atq; humido, præcipue gliscat. Rursus acetum, febricitatibus magno usui esse uidetur, nullusq; ex ueteribus, eo nō utitur: quare neq; itidem acidos succos prohibere oportuit. Quod enim de astrictione febribus aduersissima obiecetas, in acidis nimirum locum non habet. tantum enim abest uti astringant, ut dissecare, atq; altè penetrare possint. Quibus ut fiat satis, sanandæ putredinis scopos paulisper considerare est opus.^b Sunt igitur ij, uacuatio, &c concoctio. Nam cum humores putrescunt, multos corruptionis modos adiunire est:^c Primus eorum, quæ illo corruptionis peruenere, ut corrigi ullo pacto nequeat: atq; ea omnino abiiscere expedīt. Facit id natura sp̄ote sua, effluxu sensili, uel insensili: diductis nimirum impedimentis corpus expurgans. Cuīsanè operi & medicū fauere oportet, tum uias reserando, tum prorifando, si quidē proprij muneris obliuiscatur. Ideo ab initio tertianarū febriū, apium potionibus Galenus^d incoquit. Ventris iterū deiectionē, uomitūq; proritat, quoquid uersus natura uergat. Sunt secūdo loco succi, qui adeo uitiati sunt, ut promptissimè putrescant: Neq; eò deduci ab innato calore queat, ut alimento esse possint. At possunt interim naturæ prouidentia plurimum prauitatis exuere, redditq; mitiores, quò impellenti naturæ obsequantur. Quod siquid adhuc minus uitij admisit, poterit, ubi malitia euicta fuerit, alimento esse. Fauemus huic naturæ operi, cùm probi succi cibos offerimus, cùm putrido calorū obuiam imus, cùm corpus undequaque perfuum, &

<sup>a 12. The
rap.</sup>

<sup>b 3. Mi-
crotech-
nes.</sup>

<sup>c Ex A-
phor. li-
bro 2.</sup>

<sup>d 1. ad
Glauc.</sup>

pèrspirabile reddimus. Inde enim qui innatus est, uires affumit. Hæc omnia abunde xj. Therap. tradita sunt. Vsus uero astringentium in hisce naturæ operibus eatenus opem ferre potest, ut potius impediat. Primum enim uacuationes omnes remorantur: Dehinc meatus seu sensiles, seu insensiles, qui tota carne cutes funduntur, conniuere faciunt: Demum concoctionem qua ratione iuuabit, quod calorem innatum non fouet: quinimo qualitatibus aduersum est: Humida enim nō squalens innati calidi natura est. Acerba igitur, & omnino quæcunq; astrictoria uī prædicta sunt (in quo sanè genere austera comprehendimus) febribus, præcipue putridis, inimica esse putandum: quanto magis ubi nō putredo solū, sed pestilens putredo iuualit: De acidi uero natura merito dubitatur, quod uis eius sit penetrare, & dissecare corpora: est enim ipsius consistentia tenuis. Insuper non recte uidetur acidum exasperantibus adnumerari. Nam quod exasperat, omnino astringit & densat. Itaq; sensus quoq; monstrat acerba & austera, linguam exasperare, nō acida. Dicendum acidi saporis naturā frigido constare. Frigidum uero Aristoteles οὐλεύοντα καὶ οὐλεγόντα appellat. Amplius, fructus (quod scia) omnes, quos acidos dicimus, satis apertā præ se ferunt acerbitas, aut austritatis notam: neq; id præter rationem: ex acerbo enim aut austero, ^a nuper prodijt acidus sapor, dilutione quadam (quanquam & corruptione prouenire soleat aliquando) id in omphacio præcipue, non parum quoq; in granatorum succo reperire est. Quod & Galenus testatur, qui uniuersim astrinxente^b ui participare ea ait, quanquam minus cæteris dulcia. Demum tantam habet cum austero & acerbo cognationem acidus sapor, ut uix unquam ab ijs absoluī reperias. Nec^c auget^d Galenus in censu plantarum adeo numeroso, aliud quam oxilapathum, & oxalida pro exēplo proponere. Quanquam si uerū fateri uelimus, neq; oxilapathum ipsum omnino acerbitate careat. Est autem alia omnino planta, ab ea quam oxilapathi nomine Dioscorides descripsit, nemora & umbrosa amans: Caule sesquicubitum alto, folijs quatuor aut sex in terra

1. de Vic.

3. de Vic.

In Me-
tacoro.a 4. de
Simpl.

b co.lib.

c Lib. ii.
de Simp.

terra sparsis Arisaro similibus: Sapore uero cæterisq; notis oxalida, quam acetosam uocant, imitatur. Quod uero obijicitur, nō exasperare acida, uerum fortasse fuerit, siquidem mere acida sint, neque aliam qualitatem immixtam habeant: quanquam nec sic quoq; id uitij omnino effugiūt. Quæ enim densant, coguntq; corpora, statim & exasperant: quanquam non æquæ, ac ea, quæ sui crassitudine inæqualem quandam astrictionem efficiunt, neque altè penetrant, cuiusmodi acerba sunt, & austera. Tametsi penetrare quoq;, nulli ex frigidis nota digni adest, aceto excepto. Quamobrem inter acida, acetum minus obest cæteris. Neq; ipsum quoq; noxa uacat, ob acriditudinem, quam sibi asciuit. Quocirca² suadet Galenus oximelite solo utendum, quod scilicet acetum mordacitas mellis lenitate obducta perdometur. Quod uero Auicennæ testimonio partes turas tueris: missis primum multis quæ in capite de febribus censura digna forent, id unum solummodo attingam, quod maximè ad nos pertineat: Num scilicet in curatione pestilentium febrium astrictorijs utendum sit. Hoc enim uelut omnibus ratum tibi sumplisse uideris. Præcipue ob ratiocinationem eam, quæ de putredine uniuersim monstrabat: siccitia in qua & refrigerantia, putredini aduersa esse. Huic quoq; Galenus fauere uidetur, qui in grandi illa pestilentia, glebae Armeniae potum apprimè salubrem fuisse affirmat. Est autem ea frigida siccacia, sicuti & terra omnis: profnde & astringens. Præterea in libro de humana natura præcipit Hippocrates, ut in pestilenti cōstitutione corpus quam solidissimum pares, utq; minimum aëris admittat: ita enim minus ambiente laedetur. His adde Galeni autoritatem, qui in libro de Optima corporis constitutione, eos dicit, ingruentibus extrinsecis malis, plus esse obnoxios, qui habitu corporis rariore fuerint. Sunt autem eius uerba eiusmodi: ἐμπαλυμένοις ἔξωθεν αὔτιοις ἀπαστραφόμενοι αἰγαλωτότοφοι, τὸ δὲ τυκνότοφοι δισπαθεστεροι. Quare satius fuerit in pestilenti aere uersantibus corpus defare, quam rarefacere. Primum igitur ratiocinationem eam, quæ à natura putredinis desumitur, diluamus. Quod itaq;

d 2 frigi

a v. de
Vit.Cap. de
terra &
mali.

frigida, siccaque corpora minus putrefcant, nulli dubium. Quare quae extra animalis corpus in libero aere Boreæ exponuntur, diu putredinem non sentiunt. At in animalis corpore, qui fieri queat, ut admotis astringentibus incolumes permaneant? Ita enim transpirant minus. Igitur putredinem potius accersunt, quam possint repellere. Quamobrem neque in prævisione locum habent frigida siccaque: siue extrinsecus corpori admoueantur, seu intro assumentur. Neque iterum putrida corrigunt: nam haec à corpore abiici oportet: modo illa potius remorantur & cohibent, uti dicebamus. Non igitur eo exemplo, quod Galenus undecimo Therap. posuit, corpora Boreæ exponere suademur, & omnino frigidis, siccisq; uti. Quinimo abieci eo, quod in corpore computruit, concoctionem reliqui procurare. hoc autem facimus maximè cum transpirationem molimur, qua sanè calor innatus gliscit, & fouetur. Quod si libero aeri animalis succos exponere liceret, iam tum frigido, à putredine præseruarentur. Gleba uero Armenia, tanquam siccum medicamentum, ad multa utilis est: neque mirum si siccitatis etiam ratione ad febres pestilentes utilem sentiunt: omnino enim quae putrefcant siccari postulant. Aut potius latente sua ui uenenatae illi putredini occursat. Quod uero refrigeret, aut astringat, neque sensus monstrat, nec Galenus scribit. Locum uero ex Hippocrate in libro de Humana natura, dum ambiguities temere eitant, interpretes corruperunt. Disserebat ea parte de morborum origine, atque alios ex uictus ratione, alios ex ambiente nos aere produci scriperat, cum modum præscribit, quo se se unusquisque à vulgaribus morbis tueatur, his uerbis: Corpus autem ut maximè turgeat, sitq; maximè imbecillum, curare. Quæ uerba cum suspecta forent(neq; enim animo cōcipere poterant, quid ad salutem cōferrer, Corpus reddi imbecillum) pro uerbo illo ~~et ad ipsorum~~, legit prior interpres συνέταση, transfertq; Quam solidissimum.

Rur

Rursus posterior, cùm de aëre, qui inspiratur, sermonem faceret autor, Studendum, inquit, ut quād minimum aëris insperat, eumq; peregrinissimum. dictione commutata, ~~q̄~~ legit; Quād familiarissimum, interpretatus. Tanta potest hominum audacia. Res igitur sic se habet: Præcipit Hippocrates, Inedia corpus siccari: moderate tamen, & quantū per sanitatem licet. Ita enim uerba audire oportet, aliás insalubre præceptum foret. Quod autem dicit maximè imbecille, intellegit iuxta eandē intelligentiam, uti calor & sanguis nō abundant, sed plus solito immiuātur. Quod tamen ~~q̄~~ ὅλης fieri uult, ne corpus ægrotet. Solent enim repentinæ illæ mutatio-nes noxas parere non modicas. Si enim (inquit) talī habitu reddatur, aëris inspiratione minus egebit. Aërem uero maxime natura alienum, & peregrinum uult eligi: locum, in quo morbi uigent, permutari cōsulens, utq; ad salubriorem aërem te conserfas. Quod uero postremo ex libro de Optima corporis constitutione, obijcietur, minus nos perturbat: quinimo perpetuo uerū est, quod infert, Corpora, inquam, ea optime degere, quibus in raritate, & densitate mediocris est habitus. Porro si eum rariorem reddideris, extrinsecis occursantibus feceris obnoxium: calori, inquam, & frigori, alijsc; qualitatibus, quæ sensum latent. Sin densiore, putredinis periculum instat. Si igitur morbos præcauere est animus, iam habitus corporis ita conformandus erit, ut modicè in raritate & densitate se habeat. Ita enim nō adeo ambientis prauitate tentabitur, quod siqua putredo subeat (neque enim inspiratiō nem infesti aëris in pestilēti statu omnino effugere licet) quod optimè transpiret, non ita uehemens fuerit: facileq; siquid corruptum est, tam sensili, quād insensili effluvio absumentur. Atque hoc est quod in libro de Febrium differ. ait, Officium medici, pestilentes febres præcauentis, esse ἀπέτερον καὶ ἐντελεῖ μάλιστρον σάμα efficere. quibus si addas ex libro de Humana natura: Studendum ut quād minimum aëris, eumq; quantum fieri potest peregrinum, insperat. optimam profecto præcautionem ad pestilentes febres institues.

Qua hora cibare ægrós opportunum sit, tum in acutis, tum in longis. Errare etiam qui in crescente febre ægrós nutriunt. Neq; ullam esse adeo longam accessionem in qua nutritre co- garis: idq; in omninatura. Postremū de grauidarum uictu disputatione.

Sed iam tempus admonet, ut de hora offerendi cibi nonnulla dicamus. Neque enim te modo, uerū & quos hactenus noui omnes (exceptis Academiæ alumnis) grauiter errare scio. Id est, quod siquando febris inclinationem, paulò serius fore coniçtis, ueritati ne dum mitior hora expectatur, interim æger deficiat, in crescente calore cibatis: satis superç factum arbitrati, si principij & uigoris noxa evitetur. At magnus

et. de vift. „ ille Hippocrates prorsus contraria docuit: Tempus,³ inquit,
„ offerendi alimenti plurimi faciendum, præcipue in acutis:
„ quoniam errores in ijs periculum afferant: eorum namque ui-
„ multi necātur. Porro homo ille cuius nomen primo Epidem.
„ subtitet, mortem obiisse Galenus iudicat, quoniam negligens
„ tuus coenauerat. Iterum libro I I I. de Acutis: Artis quæ ui-
„ stum instituit maximè interest, intentiones, & remissiones fe-
„ brium captare & obseruare, tum in acutis morbis, tum in lon-
„ gis: ut tempora in quibus cibum dare non licet, caueamus.

b li. r. et
4. de A=
c ut.
c lib. r. de
Acut. „ Quænam igitur, inquieres, opportuna hora est acuta febre la-
borantibus? An cum calor ad^b pedes descenderit: Cum, in-
quam, pectus, & uenter, & omnino quæ in medio corpore sita
sunt (quatenus febricitanti licet) moderatissimè se habent.
Neq; ergo in febrium initij^s, neq; in incrementis cibandum:
idq; optima ratione: Is enim qui tunc uiget calor non modo
concoquere natus non est, uerū putrefacere potius, atque
exurere: Est^d enim bene temperatus humidusq; concoquens
calor. Quod siquando apud^c Galenum legeris, febrilem ca-
lorem concoquere, κατὰ μαρτυρίου dictum esse scito. Quis igi-
tur adeo demens fuerit, ut eo euincēte, cibum offerat? preser-
tim cum circum præcordia debacchatur. hæc ferè Galenus:
quibus monstratur, incrementi horam æquè cum uigore ipso
pertimescendam. Cæterum præter hæc, aperte inclinationem

d 1. Aph.
2. de Vic.
e 4. Aph.
et 5. febris

febris expectandam, uoluist Hippocrates lib. i. cùm ait: Tempus sorbitionis esse, cum calor ad pedes descenderit. Et rursus lib. i i i. ubi aliam quoq; inclinationis notā adiecit, dicens: Vbi omnia quietcunt: nam si alio tempore dederis, perniciosa erit. Galenus quoq;^a, In acutis, inquit, ob imminentis nouæ accessionis discriminem, sat fuerit obseruasse, ut calor in pedes descenderit (Sic enim interpretor: *καταλαβεῖ τὸν θερμὸν εἰς τὸν πόδας*) At in longioribus melior remissionis pars expetenda est. Instant aduersarij, ac durum uideri aiunt, siquādo quies aut inclinatio nimis longè absit, renutritionem eousq; differre. Pone enim prima hora equinoctiali prehendere, inclinare uesperi, & uix nocte media cessare: quis, quæso, adeo audax in hanc usque horam ieiunium seruet: quod si pluribus diebus ita facere cogaris, quod si grauidam cures, aut alia ratione minus ualidam, non modò audax facinus, sed extrema dementiæ fuerit. Dicimus magni^b referre, in quo quis morbo, quæ ue in natura uersetur: ita ut non nunquam longiorrem abstinentiam uereamur: aliás ne tridui quidem inedia nos deterrebit. Non né^c Galenus quosdam uigente adhuc febre nutriendos censem: ne scilicet longiore inedia in syncopem, aut torridum marasimum dilaberetur, talis profecto erat eius temperamenti natura, ut id suspicandū foret^d. Ipse quoq; febricitanti qui syncope periclitabatur, panē ex uino exhibet: non, inquit, quo affectum curemus, sed quo imminens periculum euitemus: huc enim morbi species impellebat. De indicatio- ne uero quæ à consuetudine, exemplum positum non reperi. Neq; enim tanta eius uis est, ut præuertere tempus opportu- num nos cogat. Quanquam^e ipsius quoq;, ubi reliquis scopis non est locus, uelut in synocha, ratio habenda est. Verū has raro^f inuenire est: quo fit, ut uniuersale illud præceptum non uitiet. In accessionum initijs atq; incrementis admodum laedere cibus potest. Siquando enim^g ex primo uirtutis scopo in ipsa accessione cibum dare cogimur, attamen inclinationem saltem expectamus. Rursus de accessionum natura di- sputans, Nunquam,^h inquit Galenus, hoc tempore cibum da- mus:

a lib. de
Acut. 4.

b lib. 8.
Ther.
i. de Vic.

c 10.
Ther.

d 12.
Ther.

e 11.
Ther.
f 3. de
Crisi.
g 4. de
Vift.

h cod. li.

„ mus: sed quietem, si eius naturæ febris sit, uti expectari pos-
 „ sit, expectamus: sin minus, inclinationē. Atqui uerisimile est,
 non latuisse hos uitros, multarum febrium accessiones longas
 esse, multis enim eiusmodi describunt. Videris igitur, utri
 solertiſſimi, quantum præcepta maiorum prætergressi sitis,
 qui neq; in ſimplicissimis quoq; tertianis abſtinetis, quod mi-
 nus ægrum adhuc calentem nutratis. Tanta aetate noſtra
^{12. Ther.} ~~ſalutis~~ irreſpit? Attamen nihil eſt quod intempeſtiue cibare
^{1. ad Gla.} nos cogat: excepto grandi uitriū lapsu, quē syncopem uo-
 cant. Neque illa eſt adeo longa accessione, quam præterire ſine
 cibo non liceat: his exceptis corporibus, quæ quod cito diſ-
 foluantur, alimentum deſiderant. Quanquam & in his turpe
 eſt, medicū iſthac nō præuidiffe: ſi quidem ab initio ægrī cu-
 rationem uſcipiat. Nam priuquam febre corrīpiatur, uitriū
^{a lib. 10.} prouidentiam habere oportuit, Galeni² exemplo: Hic enim
 Ther. aliquid, quamuis ut Theſſaliorum error deprehenderetur,
 cibandi occaſione omiſſa, febre iam correpto cibum dederit
 (hoc enim ſemel committere letale non erat) Postmodum
 tamen accessionis horas præuenit, quod facere antea conſue-
 uerat. Quare neque in hiſce naturis claudicare ſententia ea
 uidetur, Non eſſe, inquam, in accessione cibandū. Verū
 ſi aut per imprudentiam, aut quia tunc pŕimum ægro occur-
 ras, inexpectatō accedat febris, fitq; eius naturæ æger, quæ
 inediā tolerare nequeat, in accessione quoque cibum dare
 non uerearī: nempe ut maius malum deuites. Quod ſi iu-
 niorm testimonio delectaris, non ne ille medicorum cephas
 Auicenna, notha Tertiana affectis alternis diebus cibum dari
 ſuadet: non alia ſanè ratione, quam quod accessione ea longius
 protrahi ſoleat, uel itq; ægrum à febre liberū nutritre. At gra-
 uida erat, inquires: proinde uerisimile eſt, non minore affici
 noxa, quam picrochola corpora, quæ ſanè diſſolutione per-
 clitantur: multum enim ſanguinis in eo ſtatu abſumitur. Ut
^{3. Aph.} igitur nodum hunc diſſoluamus, animaduertere oportet que
 Galenus de fetarum uictu ſcribat: Mulierem, inquit, graui-
 dam capi acuto morbo letale eſt: ex longis enim interuallis
 cibum

cibum dare (ita enim morbus exigit) abortus periculum est, alimenti defectu foetu pereunte. Quod si ut foetum seruemus, cibum saepius dare non uerebimus, febres continuas uictu intempeftio augentes, matrem necabimus. Statim enim quispiam ex Galeno quæreret, qui fiat, ut syncope imminentia, aut præsente, nullo non tempore nutritre liceat, neq; inde letalis noxa timeatur, in prægnante non liceat: etenim non licet cere, uerba ea demonstrant: Si ut foetus seruemus, cibum dare non uerebimus, ægram necabimus, febrem augentes. Ad hæc respondebit (arbitror) licere in his quæ præ succorum tenuitate syncopen facile incident, quovis tempore cibum dare: siquidem ex insperato contingat: præcauissé enim symptoma longe melius erat. Quod si saepius hoc committatur, ubi acuta sit febris, prorsus letale fuerit: nam libro xii. Therap. ait, insanabiles eos esse, si uires inualidæ sint, & uiscerum aliquod phlegmone capiatur. Itidem de foeta laborante acuto morbo dicamus: Si enim uires minus ualeant, necesse erit uel ipsam alimento, uel foetum inedia confici. Idcirco letale dixeremus, grauidam mulierem acuto morbo uexari. Letale, inquam, quod plurimum: sunt enim succulentæ quædam, & largiore antea uictu usæ, quæ in breuiore morbo quam minimum tenuiore uictu laudentur, neq; prima profecto ratione, nec foetus. Nos igitur non hanc modò sed non paucas quoque præter hanc conspeximus ex acuto morbo euasisse. Nec leue exemplum est tolerationis ægra illa, cuius iiii. Epidem. mentionem habuit. Quod si ex tenui uictu abortiri periculum est, ex pleniore uero mulierem interire: quid quæso præligeret prestat? An mulierem custodire? nam si hæc intereat, ambo perire necesse est. Quare in uictu prægnantium cum utrinque discrimen imminentia, indicationi potius, quæ à morbo acuto est, inseruire expedit. Sed hæc de uictu satis.

e

An in

An in prægnante sanguis mittendus quo loco Aphorismus explicatur. De puerorum quoq; natura nonnulla obiter. Rursus cur putredo uenam secari suadeat. Locorum ex v i i . & x i . Ther. comparatio, & explicatio. Colligitur in omnibus putridis, nostra præsertim ætate, utilissimum esse mittere sanguinem.

Lib. 5.
Aph.

IAm enim de præfidij loqui tempus admonet. Tu igitur ad miraris, quasi res monstroſa mihi in mentem uenerit, cum de sanguinis missione consultabam. Nec enim uideri consulto opus esse in his, quæ ueteres prorsus reiecerunt. Ego uero pacato iam animo mihi dicas uelim, num tu aliquando uenam utero gerenti secueris: aut saltem alium id citra discriminem fecisse rescueris. Nos profecto (quicquid tandem respondeas) plurimas uidimus, multas uidere amici, uel Pleuriti, uel Pulmonia, uel Angina, alio ue quopiam acuto morbo correptas, non modò abortum perpeſtas non esse, sed euidentissimam utilitatem ex uena ſecta ſenſiſſe: idq; non in primis mensibus modò, quo tempore ratio ipsa, & Hippocrates, minus periculi imminere fatentur: sed sexto mense & septimo, cum foetus grandior exiſtit. Nec id nunc facere renuebam, uerbis Hippocratis perterritus: aut quia mihi persuadēa ſanguinis mifionem in hīſce corporib; omnino uitandam (quamquam cautiſſimū multo id fieri oporteat) ſed quia iam uidebatur ad coſſiſtentiam morbus properare, natura morbi cauſas mox euincente, quod ſcīlicet in urina, aperta & conſtantia coctionis ſigna apparerent. Non itaque maiore auxilio opus eſſe uidebatur, quod periculo eximeretur. Attamen ueteres prægnantem miſſo ſanguine abortiri aiunt. Respondeo: Non decet ſapientes uiros nudis uerbis moueri, ubi rationem quoq; uestigasse licet. Ea proculdubio eſt, quoniam alimento deſtituitur foetus, & interit: ob quam ſanè cauſam uictum tenuem, non ſine periculo, prægnantibus obſeruari aiunt. Cæterum ſicut in breuiori abſtinentia, dum reliqua conſentiant, nihiſ est periculi: itidem nec in parca ſanguinis detractione, cum cætera ſuadent. Cur uero ſimpliciter pronunciarit, grauidam miſſo ſanguine

sanguine abortum pati, paucis exponam. Sanguinem mittere, non secus ac unumquodque aliud auxilium, magnam pluris & minoris differentiam habet: uenam enim secat, & qui selenitatem pondus haurit, & qui semilibram: quam etiam exiguum detractionem plurimi ita ferunt, qui ne libram quidem detrahi absque noxa tolerarent. Cum itaque antiquis medicis de uena secunda sermo est, scribuntque corpora quædam eam admittere, quibusdam uero negari: eiusmodi detractionem intelligunt, quæ nota digna sit. quam nimirum sanguinis missionem, iure dicas. Illas enim adeo parcas, immo exiguae detractiones, quibus uulgo medici nostri utuntur, ne scarificationis quidem nomine dignati forent, uti ex mensuris quas aliquando pro exemplo ponunt, coniuncte est. Quod uero haec Galeni & ueterum mens sit, inde coniungi potest: in libello de scarificatione, Inutile (inquit) est bis per annum uenam secare. prohibere tamen qualecumque sanguinis detractionem non decuit, qui eadem quoque die iterari uenæ sectionem aliquando suadet. De integris igitur & effatu dignis uacuationibus necessere est dixisse. Si igitur ætas & corporis habitus, uitiusque qui præcessit, una & coeli status consentiant, quis dubitat, obsecro, prægnanti sanguinem mittere: quamquam parcus id fiet. Idem de pueris quoque iudicium est, qui nondum annum **X I I I I.** excessere. Quod enim ea corpora cito dissoluantur, multumque humidi per halitum digeritur, sanguinem his mitti uetat. Nos igitur, cum cætera suaderent, in magnorum morborum initijs, his qui ferè **X I I.** agebant, detraximus, semel cum Pulmonia laboraret puer, bis in Angina: atque id uel hirudinibus sedis uenis admotis, aut cucurbitularum uitiosis, presentiusque discrimen ex morbo, quam ex dissoluzione imminere rati. Quod & ita euenerit: non modo enim laedi non deprehendimus, sed iuuari magnopere. Optimè tamen penitendum est, corpora eorum promptissime dissolui. Attamen stultum omnino foret, si in quocunque coeli statu, aut temperamento, aut corporis habitu ^b æquè pertimescendam sanguinis detractionem crederemus. Sicuti uero in his, quibus

e 2 imbe

43. The.

^b ex 1.
de vist.

^a Ther. imbecilles vires sunt, ut quibus apprime uitiosus sanguis in-
 est, & parca detractione, & iterata utitur Galenus: ^b quales
^{g.} sunt quos per Epicasim sanat, aut ^b qui crudis pleni sunt: Ita
^b in lib. & ipsius exemplo, ubi puerो sanguis detrahi debet, uel gra-
 de Ven. uidae, eadem utemur uia, quod in ea minus sit incommodi:
 sect.

^c Ther. ^{ii.} Cur uero morbi magnitudo sanguinem mitti urgeat, putredo
 quoque suadeat, & hortetur, disputatum abunde nobis in ijs
 libris est, in quibus Galeni loca explicauimus. Neque ab re
 modo fuerit, paucis rerum capita attigisse, quibus nimirum
 apertū fiat, qua ratione permotus, generatim suadeat, in putri-
 dis febribus sanguinē mitti. Quicquid enim Sophistæ in hu-
 ius loci explicatione commenti sunt, nihil faciundū censeo,
 quod ex sequentibus manifestum erit. Porro ^c sententiā illam
 adeo ratam firmamq; ueteres uoluere, ut fidissimus Galeni
 paraphrastes Paulus, cū primū putridarū febrium cura-
 tionem aggreditur, statim scribit ἦν δυνάμεων ἰχυρῶν οὐτῶν τὸν
 σπουδῶν πυρετόντα φλεβοπομπήσας αὐτίκα, χωρὶς απέτιας, τὴν κατὰ
 γαστρί. Ut igitur uideamus, quantū utilitatis secū ferat Venę
 sectio in eo morbi genere, meminiſſe eorū est opus, quæ libro
 v 1 1 1. scripta sunt. Curabat eo loco Galenus Diarias ex ob-
 strictione, quæ ἀσθματικὴ παραγόντη, iam suspectæ esse coe-
 perant: in quibus, primo loco uenā fecari iubet, quamuis nul-
 la adsit plenitudo: sic enim, inquit, plurimus uitiosus succus
 detrahitur, una cū sanguine vacuatus: Tutoq; uti possumus
 his, quæ obstrunctiones soluant. Eodem profectio rationes sunt,
 quanquam mutatis verbis, quas lib. x 1. propositū monstrat.
 Quod enim lib. v 1 1 1. plurimū uitiosum succum vacuari ait,
 hic naturam leuari onere dixit: neq; enim oneris nomen ad
 multitudinem referre oportet, sed potius succi uitium signifi-
 cat. Solēt enim quæ molesta sunt, oneri esse, dici. Rursus quod
 scribit lib. v 1 1 1. & quæ foris ad obstrunctiones tollendas ad-
 mouentur, suspecta esse, & quæ propinatur: hic ait, mediū cor-
 poris prouidentiā ante uacuationē parum tutam esse. Quan-
 quam & alia quoq; non exigua cōmoda in his febribus affe-
 rat uenæ sectio, hæc tamen ut quæ excellant, ijs locis tetigisse
 uoluit.

uoluit. Tu uero his minime assentiris, tum quia nec generaliter uerū putas, quod scribitur: tū etiā, quod Galenū id perpetuo obseruasse nō uides. Nū igitur uniuersales scopos semper sibi proponere debet, q̄rite de secunda uena cōsultat: Sunt autē hī, uirium robur, ^b magnitudo morbi, ætas florens. Nam quibuscunque ^c adsunt, siue acuto morbo, siue longiore detinentur, sanguinem mitti ex poscunt. Intelligo morbi magnitudinem, ^d que uel immineat, uel iam adsit. Rursus, Vires robustas, appello, quae in præsens sufficiunt, nec facile dilabuntur. Hæc ubi pensauimus, siquidem morbus magnus sit, statim sanguinem mittimus. Si uero quamvis ex sui natura magnus non sit, periculum tamen est, ne procedente tempore magnus euadat, uenam itidem secare expedit. Prioris sanè generis sunt, internæ omnes inflamationes, febres acutæ, ^e morbiq; nōnulli, qui citra febrem acuti existunt. Posterioris uero Diariæ, que ob ualētes obstrunctiones in synochas facile uertuntur. Porro intermittētes febres quamvis salubres esse dicantur, attamen uel ob aëris malitiā, aut ægri intemperatiā, siue astantiū inscitiam, nonnunquam ob naturam laborantis, & continuas, & magnas fieri quid uetatis. Nec quisquam est uel mediocriter in operibus artis eruditus, qui hæc saepe fieri non uiderit. ^f Quanquam alia quoq; periculī causa est, eaq; non leuis, quae ex auxiliorum natura ortum habet: ubi obstrunctiones, præcipue ualidiores, tollere est animus, seu intus assumantur, seu extrinsecus admoueantur. Igitur propter has, atq; eiusmodi causas, Galenus in febribus putridis sanguinem mitti suadebat: quod in omni febre aliqua ex causa periculum oriri poterat. Cæterum non uidentur æquè in omni febre isthæc pertimescenda: exquisitæ enim tertianæ quam minimum prospetione ea egere uidetur. tum quia inter putridas ^h simplicissimæ ferè, & brevissimæ, per seipſas ad statum & crisim properant (neq; igitur magna auxilia exponunt) tum quia in biliosis temperamentis, & calidissimo coeli statu plurimum accidit: tum demum quoniam qui putreficit humor, non modò obstrunctiones facere natus non est, sed sol

e 3 uere

a in lib.
ad Glau.
b in lib.
de Ven.
sec. 4. de
Vist. 4.
Ther.
c 4. de
Vist.
d ex lib.
de Ven.
sec.

e Lib. 2.
Aph.
f 8. The
rap.

g 8. The
rap. II.
Ther.

h 4. A
phor. I.
ad Glau.

i ex his
que 5. de
Simpl.

uere potius atq; aperire. Quamobrem si qua in hisce corporib; accidat, sicut leuior erit, ita nimis minus operæ desiderat ut tollatur. Quanquam nostra ætate, sicuti rariores uisuntur exquisitæ, ita cùm adsunt, suspectæ sunt magis: nempe ob plenitudinem, quam ex largiore uictu corpora contraxerunt. Quo fit, ut quemadmodum minus tutò balneis utimur, autore Paulo, ita magis necessaria sit sanguinis missio. Nos itaq; hæc aduertentes, plurimis exquisita tertiana correptis sanguinem misimus, idq; utilissimè. Cum alias uiderim, eos qui hoc auxilium neglexerant, magnos, & uix expugnabiles morbos sæpe incidisse. Cur uero in quotidiana subticuerit, nemo est qui non uideat: si quidem naturam corporum, quibus eueniare solet, consideret. Quanquam neque in ea negatur,^a sicuti neque in his qui crudis abundant. Verum de his alias fusius dicetur. Hec enim ad exercitationē potius, quam pro necessitate sint dicta. Scimus enim libellos, qui Glauconi sunt inscripti,^b enchiridion quoddam esse: quare & multa omitti, quæ ex curatiua Methodo repetere oportet.

Purgationem ab initio minime tentandam: neq; aluum mouendam si sponte deijciat. Interim quæ intempestivas purgationes incômoda insequi soleant, enumerantur. De minoribus iuniorum medicamentis purganticibus, quid iudicandum sit. Colligitur raras febres excretione persanari.

Quoniam uero de uulgata illa imminutione obiter sermo incidit, non ab re fuerit, de ea quoq; nonnulla dicere: cùm præsertim fautores non ignobiles adhuc habere sentiant: ut qui sanctissimo quoque iuramento affirmet, imminutionem, quæ deiectione paratur, ex usu esse. Atqui res ipsa ad nos præcipue pertinere uidetur, qui ne leuiter quidem aluum inter initia prioritare soleam, si quidem sponte deijciat. Quare ne uel purgationem eam, uel eius autores peculiari quopiam odio prosequi uidear, neu superstitione quadam inani detineri, breuibus (uti cœpi) loca ex Galeno & Hippocrate afferam, quibus eò sententia deuenerim. Sunt autem ea ferè ex libro de Acitorum uictu. Cum enim aliquando scriberet, quarta tione

*a in lib.
de Ven.
sec.
b in pro
mio z. li-
bri.*

a 4. de
Vist.

b eo.lib.

c eo.lib.

d 4. de
Acut.

e in lib.

de pur-
gatione.

f 1. ad
Glauc.

g 1. Aph.

h 1. Aph.

i eo.loco
4. Aph.

tione morbi inter initia tractari debeant.² Cum (inquit) uriae tenues fuerint, purgandum non est, nam purgationem (ut Galenus ait) prorsus evitare oportet. At quamnam, quæso, purgationem evitari iubet, num elleborismum? Profecto ne clystere quidem iniiciendum putat: ait^b enim, clystere iniicies, si uideatur: hoc est, si alius nil sponte deinceps: hæc enim glosulam Hippocraticam esse, & subintelligi debere, Galenus docet^c. Rursus^d adeo dimotionem omnem in uehementioribus morbis pertimescit, ut potius quietem præcipiat: ut que sese quam minimum in lectulo facient, neque purgationes moliantur. Quod si forte in longiori morbo purgationem illam usui esse putas: monet Galenus contrariū, his uerbis: In his uero qui iam ægrotant, si quidem morbi longi existant, nunquam concoctio expectanda non est.^e Itaque & in quartanæ curatione clysteribus utitur ab initio mollibus, neque validiorem aliquam purgationem pertentat. Cæterum melius fortasse fuerit, ut postquam sententiam illam, toties Galendū celebratā, proposuit Hippocrates,^f Concocta (inquam) purgari debeant: rationes quoque colligamus, quas sparsim posuit, ne solis nudis uerbis subscribere uideamur. Primus ergo ratiocinationis modus difficultatem spectat, Cum (inquit)^g humores crudii adhuc sunt, si dimouere tentes, nihil à natura auxilijs exceptato: ipsa enim post coctionem & secesserit, & impetum ad excretionem facit. Et rursus:^h Sæpius humores unī sedi affixi sunt, à qua dimoueri nequeunt priusquam concoquantur. Raro uero concitantur, & ad sui excretionem initio proritāt. Quare raro fit, ut in morborum initijs mobiles sint, facileque pellantur, aut natura ad propellendum eo tempore impetum faciat. Quæ duo sanè & utilem, & facilem purgationem redundunt. Quam bellè igitur libro de acutis quarto, quod ita experientia didicisset, in hunc modum: Quicunque statim inter morbi initia phlegmone obseßas partes soluere pharmaco aggrediuntur, à parte quidem phlegmone laborate nihil auferunt: affectus enim, quod crudus fit, non cedit. Quæ uero morbo resistere possunt, & sanitati attinet, absunt.

Altera

ra ratiocinatio noxas & incōmoda considerat; quibus premi solent, qui in principio morbi purgātur. Ex his non leue est, quod in propositis uerbis adnotauit, cūm inquit, Ea quæ sanitati attinent, absumi: absque eo quod morbi causæ uel minimum opprimantur. Nam tametsi uerba ea de phlegmone dicta sint, quod ^a febrilis affectio multis modis illi alsimileatur, ad febres quoque Galenus transferre solet. Sed quid, quæso, aliorum uerbis modo innitimus, ac non potius excretiones illas spectemus, quæ, quod ante coctionem accidunt, symptomatum soboles dicit Galenus.^b Has igitur mirum est diligētes hos uiros non aduertisse, cūm quotidie accidunt. Id, inquam, auxiliij ab ijs expectandum esse, quod secundo prædictionum scribitur: Excretio, inquit, quæ ante coctionem est, nunquam prodest: quod si implacidior fuerit, præter hæc nocet. Mitti modo, quod purgatio ea seu per naturam, seu arte fiat, uires deīscit, appetentiam tollit, tormenta excitat, nonnumquam dysenterias quoque & febres: quæ nimirum uniuersa ueteres diuersis locis adnotarunt: nosq; ni omnino cecisimus, quotidie cernimus. Non minorem noxam purgatione ea oriri scribit Hippocrates libro Acutorum quarto, quod quæ restant, cruda magis redduntur. Si enim (inquit) moueris, morbus crudus permanebit. Huic rei causam Galenus elegantissime, uti affolet, exposuit: summa uero eorum quæ dicit ea est: ^c Quoniam quæ concoquenda sunt uexari nō debent. Quamobrem eo loco motionibus uniuersis interdicit. Postremum idq; maximum incominodum est, impediiri, aut omnino tolli^d crises, cæteraq; naturæ auxilia. Quod cūm fatis aperte experientia monstrret, ratio quoque suadet. Quomodo enim operi nature faueas, quando nondum ad quam partem sese uertat ignores? An potius sæpe impedimento fueris? Quanquam ubi innotuit, ^e quid aliud, obsecro, curæ esse debet, quam parare uias, & fluxile corpus efficere: cæterum dum iudicantur, finere: quod si non integrè iudicata sunt, eadem uia quæ supersunt ducere. Porro quid unquam adeo stultum, aut ita noxiū excogitatum est, quam cūm febres uniuers

*a ex lib.
de dif. se.*

b 4. Aph.

*c 4. de tu
enda ual.*

*d 1. de cri
ticiis.*

e 2. Aph.

uniuersas deiectionē perfanare aggrediuntur: cùm naturam, quam nímīsum imitari debes, raras febres uentris profluuiō soluere uideas. Longiores enim aut per concoctionē, aut per abscessum finit: (Atqui^a sanatio quæ per concoctionem urinis maximè perficitur) Acutas rursus excretionē. Verūm excretio ea multiplex existit: nam & sudoribus, & sanguinis fluore plurimæ sanātur, nonnullæ quoque uomitibus: quare paucæ fuerint, in quibus uentris excretionem procuret, morbum iudicatura. Quare nos quoque raro uentris deiectionem purgante pharmaco irritabimus: idque ubi concocti succi sint, nihilque egregium natura polliceri uideatur. Quod sanè in diuturnis, ubi minimū ui morbi irritatur, sæpe evenit: necnon in acutis, ubi statum præterierint. His fortasse permoti quidam, fortiora medicamenta odere: purgationē tamen aliquam admitti uolunt, sed quæ mollis admodum sit: eo scilicet pharmaco, quod aluum mollire queat, & excrementa tum quæ in uentre, tum quæ in primis uenis colligūtur, repurgare. Eiusmodi apud eos sunt, Manna, Siliqua, quam Casiam dicunt, Rhabarbarum: sed & composita aliqua, ut quod ex dactylis conficitur, uel quod Catholicon nominatur. Nos uero mollire aluum, siquidem astricta sit, optimum esse iudicamus: ^b sin sponte deiçiat, sinere. Quòd si paulò largius deiçere expedit, ut cùm per eas partes putrida excrementa natura quotidie expurgare tentat: molli clysmate, etiam inter initia, uentrem proritare docet Galenus^c. Porro detergeri, ac deiçci ea, quæ in uentre, & primis uenis collecta sunt, cùm utile esse putem: id tamen pleraque præstant, quæ in censum ciborū potius, quam medicamentorum uenient: ea ^d apud ueteres in primis sunt, Mulsa, & Ptissana, que sanè biliosis excrementis, & medocri pituita tum uentrem, tum primas uenas expurgare ualent. quòd si ualentius remedium desideras, Oxymel sat fuerit, quod etiam à ratione cibi admodum alienū non est. Quare ne dicant amplius umbræ hominum, caruisse clarissimos uitios mitioribus auxilijs, proinde & purgationem inter initia uetassem. Quin potius expedit, quòd qualiter duces coelitus no-

f bis

^a 3. prog.
^b 3. de cri-
si.

^b ex 4. de
Vit.

^c 1. ad
Glauc.

^d 8. Th.
1. de vic.

13. Ther.

bis demissi sint, eos imitari, non in methodo modo, uerum in auxiliioru quoq; materia, qua quondam felicissime sunt usi. Nam quæ pauloante proponebantur, seu simplicia species, si-
uc composita, noxa cæterorum proculdubio non carent: cali-
da enim sunt, & sitim faciunt: insuper & uenenosæ qualitatís,
turbatione & nausea quam excitant: tetro item odore, & fa-
pore iniucido speciem ostendunt. Quanquam nec fortassis
purgatoria uis ihs inesset, ni ueneno participarent, ut Aristoteli placuit. Quoniā uero sanctissimi senes sacramento quo-
que confirmant, nihil unquam noxæ uidisse sese ægris ex eo
opere inferri, non si purgationem eam, quam propriè immi-
nutionem uocant, tentassent: Quid quæso aliud respondere
possimus, quām quod, ni fallor, & quæ faciat, contrà scili-
cet deierare, innumeros lædi à me uisos, quosdam uero non
alia de causa perijisse: Decepti sunt autē boni uiri, cùm uidis-
sent aliquando bene cessisse, ita ut dato inter initia pharmaco,
febris desierit. Quod sane mirum non esse testatur Hippo.

a 2. de
Vist. "

b 2. Aph. "

"

c 1. Aph.
d lib. de
purgati-
one.

^a Quibus (inquit) urinæ crassæ sunt, & nebulosæ ab initio, hos
si cætera consentiant, purgabis. At his uerbis concoctas urinæ
significauit, autore Galeno. Quare perstat adhuc senten-
tia ea, Concocta purganda, & omnino mouenda esse, non cru-
da. Nec id tempus probè initium dixeris, ut in libro de Cri-
sibus est disputatū: principium enim propriè notis coctio-
nis finitur. Sunt enim febres nonnullæ, quæ unà primæ acces-
sionis inclinationem cum totius morbi inclinazione sortiun-
tur. Nos igitur (siquidem ea egere æger uideatur) imminu-
tionem quidem facere edocemur, atque id circa morbi initia:
ita enim inquit ^b: Cùm morbi inchoant, si quid mouendum ui-
detur, moue. Cæterum id plurimum per uenæ sectionem mo-
uendum Galenus iudicat, raro autem medicamento purgante. Nec enim licet, præterquam ubi succi concitantur: atqui raro
turgere ait. Quoniam uero turgere, non nisi in acuto morbo
contingit, iccirco dictum alibi est ^c: In acutis raro, & in prin-
cipijs, purgatione utendū. Et rursus ^d: Tenues humores ini-
tio vacuabis: in crassis autem & uiscidis concoctionem expe-
ctato.

Cato. Dicit autem, Vacuabis: hoc est, vacuasse licet: quoniam in his solummodo turgere consipicitur.

De Apij natura permulta. Interim aduersus Auic. non nocere prægnantibus Apium: neque comitalem morbum excitare. De menses, & urinam mouentibus disceptatio. Ibidem loci nonnulli ex Galeno explicantur.

SVperest ut nonnulla dicamus ad ea quæ contra potiones nostras obiecisti. Igitur omnes unà ex Apij natura pendere uidebantur, ut quod uteri acetabula aperiatur, quod morbum comitalem gignat, quod febribus sit inimicum. Quod si deliria eius capitis persequi uelim, metuo equidem, ne (ut in proverbio dici solet) cum delirantibus stultus efficiar. Quis, amabo, non uideat Auicennam Apij speciebus Batrachium admisscuisse, uiresq; confundere non ipsius modo, sed Petroselini quoq; & Smirnij? Aut quis risum temperet, audiens collo appensam Apij radicem dentes exterere, aut non laedi scorpij morsu, qui Apium deuorarit, aut rursus radicem Apij solvere, non folia? Sed quid multis lectorem moror, quasi testibus egeam, quasi eruditiores omnes eius uolumina semicrudam quandam uomitionē non aestimarint. Quod cùm alias monstrauimus, uberior tamē id factum foret, ni Guillermus Guibaldus, nobis amicissimus pariter ac doctissimus, amicè his uerbis nos aliquando admonuisset: Ecquid, inquit, negotij uobis est aduersus hunc hominem, quem breui nostis perpetuum somnum dormiturū? Sed ad Apium reuertamur: quod enim prægnantibus aduersum esse ait, ex Dioscoride perpetram acceptum uidetur, qui de Smirnio scribit, impositam eius radicem abortum facere. Quod si hoc Dioscoridi condonesmus, id tamen Apio non tribuit, sed Smirnio, quod sanè Apio multò est ualidius. Neque iterum si assentatur id facere ait, sed si uiuuae imponatur. Porro multa nouimus, quæ quidem ebibita corpus non laedunt: si tamen cuti admoveantur, uenas aperiunt, exulcerant, corrupti: cuius carissam ex libris de simplicibus medicamentis querere oportet. Tu uero exercitatissime Auicenna, citr si prægnantibus obesse iudicas,

bas, aliás cùm prægnantibus opem ferres, eclegmata ex Apio propinas? Quin & quod multo minus quis credat, ex odo-
rata nuce, & Castorio, Aristolochia, Cardamomo, Pyrethro,
Thapsia. At decebat medicorum ducem statas, firmasq; sen-
tentias proferre: aut te togatum senem non adeo tristis ac seue-
ro uultu nobis succensere, neq; ut Apium devitemus, admo-
nere. Illud enim quod imprudenter, ne dicam, imperite, à Se-
rapione acceptū est, quod scilicet epilepsiam Apium moueat,
merum delirium est: cùm præsertim Galenus eo morbo affe-
ctis Apium in cibo sumere consulat. Quod uero ex ipsius
uerbis² obijsiebas, Apium menses mouere, & febricitatibus
esse inimicum, non secus ac uinum, sic soluitur: Primum enim
nosse oportet, quando apud ueteres autores legitur, urinam
ciere aut menses aliquod medicamentū, illico uim ipsius pen-
sitandam esse: neq; enim æquè omnia id efficiunt, uerum ma-
gna est pluris & minoris differentia. Sunt enim quæ per sani-
tatem iuuant, promouentq; solum, si quando parcus natura
utrumuis excernat: nam si omnino excretiones illæ suppri-
merentur, neutquam satis forent. Idem & in uentrem deince-
dibus considerare est: quædam enim tantummodo officij sui
naturam admonent, quædam & impellunt. Nonnulla itaque
urinam ciere, aut menses dicuntur, quoniam si secundum na-
turam se habeant instrumenta quæ his operibus deseruiunt,
abundare ea facient. Huius naturæ Apium esse uidetur: Non
modo enim prægnantibus, quibus natura duce menses sup-
primuntur, mouere nequit: sed neque si aduersus naturæ gu-
bernationem morbosæ aliqua ui detinerentur. Quare minus
timendum est, conceptionē offendere: quod etiam experien-
tia demonstrat. Cùm enim nostrates mulieres affatim eo utā-
tur, nullam tamen lædi inde aduertimus. Nunc ad alterum
dubitacionis caput accedamus, quæ cùm ex uerbis Galeni
uim omnem habeat, mentē ipsius optimè explorandam cen-
seo: quod & suprà, ubi de ptissima agebatur, admonui. Vide-
mus enim ipsum, quem modò dixi, Apij usum uetare in fe-
ribus, eo tamen aliquando uti. Quin^b & ubi generatim pu-
tredi

a s. Th.

b n. Th.

tredinem sanare docet, inter cætera radicem Apij laudat: ita enim scribit, Seligenda ea medico sunt, quæ citra ualentem ex-calfactionem supradictas uacuationes prestant. Cuiusmodi (inquit) sunt prißanæ tremor, & aqua mulsa, & oximel, & Apj radix in aqua, quæ potui datur, incocta. Sed & quod minus quis credat, cum libro v i i. Apium inter ea, quæ febre augent (uti diximus) enumerasset, non multo post subdit, A' balneo aquam, in qua Apium incoctum fuerit, propinandam. Dicendum igitur, febris uim nonnunquam tantam esse, ut ad ipsius sanationem, calfaciente omnem materiam prorsus euiseare oporteat. Sic itaq; lib. x i. scribitur: Cum magnitudo febris urget, nullo, uel leui calfaciente utendum, sed aquam frigidam potui dare oportet: si uero mitior febris extiterit, eam saltem materiam deligere oportet, quæ minus calfaciat. Fatus mur igitur & nos, calidum omne febri, qua febris est, aduersari: proinde neq; temere propinandum. At in tepidiori febre, ubi indicatio, quæ ab ea est, cæteras non exuperat, non Apio modo utitur, sed Issopo quoque & Origano. Quanquam magni refert quo quis modo usatur: seu scilicet inadefacias tantummodo, siue incoquas, quod & Galenus aliquando obseruauit. Quod uero ait, Sicut & uinum: haud equidem eque nobcere intelligit, sed quod in numero, censuq; noxiiorum respondi iudicet, quibus uinum quoq; adnumerat.

a. r. ad
Glauc.

D I G R E S S I O.

Respondet ad ea quæ obiecti solent, summatisq; colligit, quæcumq; ad acutorum curationem spectant: quibus ap- paret quantum inter sit ueterum curandi ratio ab ea qua iuniores utuntur.

EXurgis postremo, quasi uictoria potitus, & consuetum Hy- mnū canēs, in laudes prorumpis tuas, nostraq; deprimis: iactas longum usum, profligatos uestra opera ac diligentia morbos iactas, funera retices. Porro quod toties uerba ea uul gi auribus inculcastis, iustum erat aliquando respondere. Si quidem uti uobis maledicendi otium est (utpote quos nulla

f 3 egre

egregia disquisitio detineat) itidem nobis respondendi foret. Enim uero uesta hæc ratiocinatio primo occursu haud mediocrem uitum habere uidetur: Experientiam enim nemo unquam satis laudet: neq; tot, tātosq; uiros in errore tandem persistisse facile persuadeas. Solent enim uiiri cordati ab his, qui bus offenduntur, breui abstinenre. At neque medici eo uitius genere hactenus offendì egros sensere: nec ægri in se erratum deprehenderunt. Stultum itaq; fuerit uini & carnium abstinentiam imperare, si quidem consuetis tutò uti licet. Licere uero experientia per multa sacula comprobauit. Adde largiore uitum robur tueri, cui uel maximè animum aduertere medicus debet, utpote sine quo nihil toto nixu proficias. Non desunt ex eorum schola, qui curationes nostras quotidie uellent. Ecquæ (aiunt) medendi formula? Quo'ue iure medici appellationem sortimini? An potius certaminum spectatores estis, quasi in theatro quopiam constituti, testes euētus? Num quæso diuinatores, an medici dicimini? aut quorsum acciti estis? ad diuinandum inquam, an ad curandum? Attamen satisfecisse arbitramini, si salutem aut mortem, si crises, si accessionum magnitudinem, & tempora præcognoscitis. Atqui isthoc natura non eget, uerum auxilijs, quibus sibi robur adiiciatur, morbi uero elidantur uires. Sunt etenim adeo pauca rerum capita, quibus utimini, ut nemo adeo rudis sit, qui sex mensium spatio medicus non euadat. Merito itaque uulgo contemptui estis. Quam enim spem de uobis ægri aut familiares poslunt concipere, quos uident rei euentum silentes expectare? Hinc conuictijs saepius impetimini, eger desperat, ars nihil penditur. His atque eiusmodi fabellis facile priuatos homines in suas partes trahunt. Nam cum in uiro medico & doctrinæ ubertatem, & longum usum desiderent, neutruius uero ex his iudicium ferre queant, ut quæ à uulgi sensu nimis sint semota: nota quadam (uti putant) firmissima iudicium fulciunt: est autem ea, Senium. Quocirca senem medicum absque alio delectu preferunt, in eam lapsi fallaciam, in quam crebro incidunt, qui sine artis ope syllogizant. Hinc factum

factum est, ut multi cùm primum missitare cœpimus, nobis acerrimè obsisterent, ac seniorum partes usque ad arma defensarent: eoq; res processit, ut (quod Quinto medico clarissimo euenisse ferunt) parum abfuerit, quin uelut *προστατεύεις τοὺς νόσους*, urbe pelleremur. Sed reuertamur unde digressi sumus, rursus ratiocinationes eas assumentes: ex nimirum ab experientia robur omne accipiunt. Cæterum quām facile decipiāntur qui experientiæ tantummodo innituntur, Galenus sæpe adinonuit. Non quòd inductionē, qua expertores utuntur, labefactare uelim: ea namq; duce primæ artium notiones stabiliri solent: sed quòd multis modis artificem decipi accidit, dum uniuersalem illam notitiam colligit. Quòd si uiris doctis haud temere credēdum iudicas, cùm se expertos esse pronuntiant: quid quæso de uobis sentiendum, qui ne prima quidem disciplinarum elementa, non humaniores literas, non dialekticen, non physicen attigistis? Ego uero neque plus uestræ, de qua gloriamini, experientiæ fidem habendam puto, quām pharmacopolis circūforaneis, aut medicis mulieribus: nam & ipsi expertos se credi uolunt: præsertim ubi Hippocrate n. & Galenū contraria sentire nouero. At nos (inquit) hac uia neminem hucusq; lesumus. Nos contrā: Non sunt letales noxæ ubiq; expectandæ. Morbi enim quidam adeo salubres sunt, atque ita (ut uerbo Hippoc. utar) *τυχέες*, ut quamuis multis modis pecces, neq; in perniciē ages. Sunt iterum corpora quædam adeo robusta, ut quiduis erroris impune ferant. Inde medicum illum laude dignum censem, qui in acutis morbis, quorum sanè ui multi necātur, probe se gesserit: quasi impunè in his, qui acuti non sunt, fere erretur: contrā illi errores grauius ferant. Estò igitur, uestra opera nō semper ad necem æger ledatur: attamen in lectulo contabescere, morbosq; & symptomata in dies magis affligere, cachexiam ægros incidere, forte floccipenditis? Nec mirum sanè: si quidem largiores pecunias ea ratione hauriatis: neque parum honorificentiæ uobis accedat, cùm quos ipsi auxiliis morbos, aut peperistis, mille modis impedita natura uix tandem sanat.

Quam

Quam bellè igitur scripsit Hippocrates, Multos ex sua ignorantia ditari. Cæterum uerisimile esse aiunt, longo temporis spatio errores, siquì latent, detegi, atque ita evitari. Quæ quidem quâm prudenter dicitur sint, tute uideas. Ego enim male institutis ingenij quiduis potius in mentem uenire noui, quâm se se errasse. Quod si tandem animaduertant, attamen fateri pudet, neque ignaros se deprehendi æquo animo ferunt: Neque qui triduanum ieiunium imperabant, ideo destitere, cum sæpe male tractari ægros cernerent: Nec qui fracturas Hippocratis ætate ita deligabant, ut phlegmonas & gangrenas accenserent, resipuerent aliquando: utpote qui id factu optimum iudicarent, quod & antea consueuissent, & præceptores suos facere uidissent. Cum enim minus prospere succederet, in aliam quâpiam causam retrudebant. Sed non ne uos quoq; eadem attigit labes, uiri optimi: qui pharmacis deiectorijs, medicatisq; omnigenis potionibus febricitantes assiduè uexare soletis? Num quia uitiari ac retrocedere coctione, quod labi uires, quod deinceps uentriss & iecinoris robur, quod demū non raro mors irrueret, uestram inde sententiam mutastis? Quin potius nō raro uos audiui, quo peccata uestra operiretis, imaginaria quædam, imo risu digna causari: nunc in ægrū culpam omnem intorquere, modò in astantes, nō nunquam in cœlum ipsum. Nemo igitur sibi persuadeat, malos usus temporis diuinitate tolli: atq; eo, uelut argumento firmissimo, consueta sectetur: non raro enim se falli reperiet. Cum uero curationes nostras irrident, facile est in eos tela omnia retorquerere: quod extemplo fiet, si prius ægrum pro exemplo statuamus, qui acuto quidem morbo labore, cæterum ex sui natura salubri. Pone igitur, hunc medicos secunda die cœuocare. Primum uiuendi formulam, tametsi paulo parciorem instiuent, quâma per sanitatem cœsuerit: haud tamen facile uino interdicent, non pane, non farre, sæpius uero nec carnibus. Posthæc ablui uentrem iubebunt: idq; adeo molliter, ut toto postmodum morbi tempore alius siccatur. Summo mane pharmacum deiectoriū propinabunt, quod sanè Benedictum appellî

pellitant. Id alij ex sola Casiae filique medulla propinant: alij Rhabarbarū addunt: nōnulli, ut suprà dicebamus, & cōpositionē quæ ex dactylis, addūt, uel aliud eiusmodi: quo largius aluum ducēte, gaudēt medici, latētatur amici, exultat spe bona plenus æger, medicorū promissis satis fidens. Ast illa interim die appetētiam deiectam experitur, nauseam, fractas uires, febrem demū multo sœuiorē. Iam mane potionē, quam Syrupū uocāt, mille admixtam medicamētis, atq; olfactū ipso horribilem propinabunt. Mox accedentes, ubi urinas perturbatas, præter expectationem, aut grauioris putredinis notas p̄fere- ferentes inspexerint (quod s̄apē euenire his peractis, solerit: si morbus non admodum benignus, mitisq; fuerit) ubi iterum noctem peruigilem, æstumq; immodicum, aliaq; symptomata sœuiora circa ægrum deprehenderint, de secunda uena discep- trabunt. Quis igitur adeo facūdus sit, qui contētiones, rixas, turbata supercilia, recenseat: omnia rimātur, ut si qua possint, tantum discriminis effugiant. Multa ex Auicēna in medium afferunt, quæ nimirū à uenę sectione deterreant. Præcipue tamen de coitu sollicitos uideas. Vbi uero de mittēdo sanguine demum cōsensere, ac si præceps auxilium moliri uelint, cognatos atq; amicos, tū uiros, tum mulieres adesse iubent: neq; enim absq; horum assensu uenam secare ausint. Ipsī uero ut pote periculi magnitudine perterriti (ita enim à medicis didicerunt) haud facile consentiunt. Igitur senior disquisitionem omnē h̄s corām recitat. Colligit demum, quicquid agat, inuitos aggredi: cogere morbi sœuitiam. Quibus auditis perter- refacti, tandem in sentētiā eunt, ea lege, ut citra quartam unciam subsistant. Quod tametsi polliceantur, furtim tamen ad quīntam aut sextam perueniūt, cum p̄sertim urinas in purpura rubētes cōspexerint. Nam si eæ nō fuerint, non temere sanguinē mitti apud eos uideas: quidam sunt qui nephias esse existinent. Iam status imminent, morbusq; in dies deteriora minatur: ita ut medicos quoq; perterrefacias. Iamq; morbi nœkōphsiaq; execrari incipiūt, ut qui nulli diligentiae ac prudētie, nullisq; adeo grādibus auxilijs cesserit. Quo tēpore secta

g eorum,

eorum, qui paulo saniores habendi sunt, ad noua prelia se se accingunt, neque auxilia maiora pertentat, quibus scilicet ægri mors imputari possit (Alij enim fortiter dimicandum rati, egregio quopiam pharmaco, saepe anima, quod ego statim fieri aliquando uidi, radicitus euellunt) Tunc igitur quicquid ad nos India transmittit, Margaritas inquam, Smaragdos, Saphyros, aut si qua pretiosiora homini quaque auarissimo fuerint, nam & aurum ipsum, medicamentis iniiciunt: Tunc cor iecurque perfundunt, quo robur membris restituat, uti scilicet strenue dimicetur, uimque arceant ueneni, si quod lateat. Hinc Rhenes, hinc Testes, tametsi extra acie esse uideatur. Post hec matronas alloquitur, iam morbum in multos dies perdurare aiunt, iam labare egri uires, refectione opus esse, uti morbo resistere queat. Quibus omnes libertissime annunt, atque illico se accingunt, quasi prelium inituræ. Carnes tundunt, eliquat, exstlicant, demum se preparat, ac si Athletam, qui mox Pancratia obire debeat, præpararet. Tunc enim plus roboris prestari putant, cum quis plura ingesserit, eaque ιντροφιμότερα. Itaque diei noctisque horas ita partitunt, ut ne una quidem presidij, aut cibo eger destituatur. Cibant manè uesperich, cibat meridie, & nocte media. Interim perfundunt, inungunt, fricant, medicatas potiones, & eclegmata propinant. Demum nullus est quieti locus, uideturque armorum tandem onere pugil opprimi. Hec est lector candide longa illa fabula, quæ sedulis mulierculis, quo apud eas gratia promereatur, manè recitat, recitat uesperi. Hac sibi uel maxime placent, hanc per manus traditam, ueluti thesaurum seruat, huic soli student: Inde enim tum spectate fidei, tum diligentia insignes habentur. Porro defuncto ergo tantum abest ut culpentur, quin potius optimè frugi medici existimantur, atque uim multa, multaque solertia aduersus morbū dimicasse, uitios demum morbi malignitate. Quare ex erroribus et laude, & lucrum, & amicitias captant. O' sæcula, O' cæcitatem: Illi enim cum clare uideat quantum à ueteri institutis descivierint, dum multiplicia & admiranda presidia molitur (neque enim id inficiari possunt, si uel semel Galenū, aut Paulum legerint,

ubi

ubi febribus curam adhibēt) in nos tamen cōuicīa iactare nō cessant , quasi opportunis auxilijs ægros destituamus : quasi artē de honestemus, operā ferē omniē naturæ dīmittētes. quasi importuna auſteritate ægros necemus. Quō uero errore erore tegāt, eo insanis ducūtur, ut medicā disciplinā, quam nobis Galenus scriptā reliquit, multis modis mancam dicere audēat, multaq; desiderari quē ad curationes cōducāt. Vbi enim de his, quæ extrinsecus adhibentur perfusionibus ab eo scriptum: aut ubi potionēs illæ, quibus in febricitatibus quotidie felicissimè utimur ? ubi demū deiectoria pharmaca? quæ sanè adeo necessaria esse putant, ut his demptis, nihil opis medico supersit. Ita enim audiui quōdam primate medicū, qui paulò antē Bononię decessit, quē etiā sciolī quidā diuinū appellant, dicere solitū, quasi salus uniuersa in uētris deiectione cōsistet. Inde colligūt grādē illā blasphemiam, qua errores suos misera medicorū turba tueri solet, Nō posse quēquam solo Galeno duce medicū fieri. Alij neq; hic desistunt : sed neq; Galeni & Hippocratis præcepta satiſ tuta esse dicunt. Cui sententiæ Alexander quidam Trallianus fauere uidetur. qui aliquando Galenū reprehendit : quasi de Victu noxia præceperit. Nos uero aliter docuit Hippocrates (ut ab initio ordinamur) cui etiā libēter subscribimus , postquam & usū ipso ita rē seſe habere cōperimus: Natura, inquit, omnino sufficit: peccatur aduersus eā extrinsecis cataplaſmatis, inunctionibus , perfusionib; totius, aut partis. Galenus quoq; Cōmitūtur, inquit, peccata ab his medicis admirādis, qui nil arte dignū à ſe fieri arbitrātur, ni quis ad ægrū ubi acceſſerit, præcīngat ſeſe, ac cataplasma imponat, uenā ſecet, uentrē abluat, inūgat, perfriat, nutriat. Hī igitur, inquit, quoties ægrū adeūt, toties peccant. Eadē fere libro Therap. x i. ſcribuntur. Ex quibus apertū est, fuifſe quoq; eo tēpore qui illuīē hāc præſidiorū circūferrēt. Verū hos omniū qui fuerūt unquā clarissimos , paucis fuifſe cōtentos: atq; id à nobis obſeruarī uoluifſe. Nullaq; alia profecto de cauſa rursus inuecta ſunt, q; ostētationis & lucrī, quæ nimirū pluris, q; ægorū ſalutē multi faciūt, Quābrē Paulus

g 2 qui

qui Galeno posteriores, omnes longe antecellit, ne uerbum quidem addidit ad ea que tum in Therapeuticis libris, tum in ea arte quae Glauconi inscribitur, de febribus legerat. Nos ergo hos imitati, haud quidem egenos nos fatemur, uerū parcos potius, ut scilicet nū superflui fiat, nū necessariū omittatur: sic enim naturæ præsidio erimus, nō impedimento: quod de uobis Galenus scribit, qui aliquādo hostes naturæ, egriq; uos appellat. Inter maxima uero & præcipua impedimenta minus cōmodam cibationem esse existimarent uiri illi consultissimi: de qua re cùm suprà nōnulla dixerimus, nūc quoque, quādo epilogū canere est animus, summā rei attingemus. Eos itaq; uideo in acutis morbis, quos curando suscepereant (erāt autē ī qui non omnino insalubriter se habebāt) neminē uino aut carne nutriuisse, quanq; uiribus foret inualidis: quin potius mōstrosum uictū Petronā medicū instituisse aiūt: neminemq; eū sectatū, qui egros carnibus & uino, & omnino cōsuetis cibarijs replebat: cum tñ multos uideā Petrona longè nocētores. Ille nāq; statim à morbi initio uictū eū instituebat: hi uero cùm primū uī morbi circa statū uires cōcidūt: quem nimirū grauiorē errorē esse suprà monstrabāt. Rursus nō pane, nō alica nutriebāt: ni siquādo ptissima nauſea egro cieret, uel succus ipsius qn. & teneras lactucas, & panē ex aqua, & pisces saxatiles offerebant. Quę profecto acutorū uictū ad statū usq; explebat, unā cū mulsa & oximelle, & apomelle, quę breuioribus morbis & qbus plus discriminis inerat, propinabāt, ni uires defectæ forēt. Hī sunt qbus septima die uel ante iudicatio instat: ita enim lib. I. de uictū terminū ponit. Nam līcet aliás ad quintū usq; diē mulsum sufficere dicat, neq; ultra illā: id tñ in plurimis se intelligere mōstrat, cùm ait lib. I. Mihi longa experīētia innotuit quosdā ad septimā usq; diē solis potibus perdurare, quanquam hi pauci existāt: plurimos uero ad quartā & quintā. Quod uero usq; quo morbus inclinet quosdam solis potibus regēdi sint, qui uel potus rationē tantūmodo habeāt, ut aqua, uel medicamēti ut oximel, uel nutrimenti quoq; ut mulsa, Hippoc. testatur cùm ait, Sorbitiōnē non deris,

4. de Vi-
ctu.4. de Vi-
ctu.

deris, donec morbus mitescat. Et Galenus, Eorū (inquit) qui acuta laborat, quidam tota ptissana egēt, quidā tremore, quidam neutro horum: atq; hæc experientia sibi cōperta esse ait. Quò magis mirari soleo quosdā, qui solo uetus statis nomine sibi gloriā uēdicarunt, cùm re uera neq; ueteribus, neq; autoribus adnumerari mereātur: ut qui nihil artis, nihil methodi scriptis præseferat: qui cùm Galenicum dogma profiteantur, multis tamē modis, longe inscrī aberrat: audēt tamē impudētissimi Galenū laceſſere, quasi inedia ægros necantē. Sunt tñ rationes ipſius eiusmodi, ut refellente nō egeat. Nos tamē testamur, multos in magnis morbis ultra quartū solis potibus seruatos eualisse. Multos quoq; in grādi illa pestilentia, quæ per annos ferè nouē Italiā deuastauit usq; ad septimā & nonā sine cibo permāſſe, donec remittēte ſe morbo, mētis compoſtes facti cibum affumerēt: cùm alij, qui urgētibus amicis obtemperabāt, atq; uti fieri aſſolet, replebantur, perirēt. Cæterū huius hominis nugas fortassis alias tractare otium erit. In ſumma res, quod ad uiictū pertinet, ita ſe habet: Si quidem ægrum quē curas, existimas nō posſe uſq; ad ſtatū ſola mulſe potionē ſeruari, uel quia longius abſit, uel quia imbecillus, ſitq; morbus nō ſine periculo, quiq; maiori auxilio egeat, pro mulſa, ſuccum ptissanæ dediſſe oportet. At ſi mitior fuerit, ptissanā ipſam: ne cītra necessitatē ægros fame crucies. Rursus quibus ob eas, quas p̄diximus causas, ſtatim ptissanā, aut tremorem exhibet, circa ſtatus tēpora, illos quidem ad tremorē traducit, alios uero ad mulſam. Solet autē in eiusmodi morbis tempus uigoris unica accessione finiri, aut ſaltē altera. Quā uero cōſcias, quo uiictū ad ſtatū peruenire æger nō adeo fractus uiribus poſſit, monſtrauit Galenus apertissime primo de Acutorū uiictū: ubi & eorū quæ inedia ferri monſtrat, & quæ non ferri, catalogum reperies. Hic eſt profectio acutorum uiictus, quē ueretes obſeruabāt. Neq; alia edulia niſi coacti, uel ſymptomate quopiā, uel ob ægrī fastidium offerebāt. Vīnū uero haud memini acuta egrotati dediſſe quēquam, niſi in lateralī morbo ad ſputum promouendum, ubi ſeſe malum remiſerit:

*i. ad Gl.
ii. Ther.*

*a ii. The
rap. 13.*

*b ii. The
rap.
c ii. The
rap.*

d i. Aph.

*e io. The
rap.*

atq; omnino ubi iam coctiones notæ appareant. Seni enim quem aliquādo curabat, uinū aquæ instillauit, uti tempore uini, noxas aquæ fugaret, de quibus libro Therap. v i i. abunde. Erat enim sibi ætas loco symptomatis. Quem hodie nōnihil immutauimus ob egrorum delicias: cogimur tamen quoad possumus, ne à censu ciborum recedamus, quos in acutis pro ptissana, & ptissanæ succo, aliquando concedit Galenus, quorum etiam suprà meminimus. Altera quæ febris adhibetur prouidentia, de medicamentis præcipit: ac primum quidē inter ea quæ bibuntur: num^a (quæso) Galenus præter ea, quæ à cibī ratione aliena non sunt, propinabit: ptissanam scilicet, oxīmel, apomel, mulsa: quibus sanè, cùm per febris magnitudinē liceat, radices plantarū, aut folia incoquebat, macerabat, intingebat: ^b ea nimirum feligēs, quæ citra caliditatis noxam obstrunctiones soluerent. Quod si febris eius naturæ foret, ut ad se omniē medici operam arriperet, quales illæ, quas ardentes propriè nominat, neq; his utebantur, sed quām primū occasio foret, frigidam potui dabant. Porro de purgantibus medicamentis, quid attinet dicere, ubi morbus acutus sit: Cūm^d raro īs egeamus: neq; aliter, quām cùm succi ad excretionem initio concitantur. Nī forte post iudicationes, causæ morbificæ relictum sit: sed iam acutus esse desierat. Si quando igitur opus foret eo uti: iam innumera prestat erant, tum simplicia, tum composita, quorum notas adhuc apud Paulum reperias. Nam Galeni in ea parte libri interciderunt.

De his uero quæ extrinsecus medio corpori imponuntur, seu cataplasinata, seu perfusiones sint, seu quæ inunguntur, longe aliter Galenū sentire uideo ab his, quæ uos facere soletis. Ipse enim distinctione adhibita, si quidē ardor urgeret, quæ refrigerant imponit, ea^c quām simplicissima, *γλυπτειστ*: quale est Intybi succus ex polenta, & cæratum Rosaceum: hæc enim ferè apud eum sunt refrigeratiū exempla, è quibus tu quoq; multa tibi conformare queas. At in reliquis, quæ æstuose non sunt, relaxantibus uititur, quæ scilicet intenta remittat, & astricta rarefaciant. Sæpe uero non præcordijs modò, sed uniuerso cox

so corpori adhibet. Hæc sunt profecto præsidia, quibus ægrum fulcire opus est: reliqua enim quæ uobis cōmenti estis, præciosa inquā illa epithemata, sepius noxæ fuerint, quamobrem nulla methodo præeunte præparata sunt, uerū ad ostentationem potius & lucrum. Nescioq; an manus potius ijs abluere expediret, quām cor, aut iecur, quæ nimirū suo tantummodo odore delectant. Hęc est ueltra illa ubertas, quā iactatis. Porro Gale, medicos præsidijis uberes laudabat: hoc est, qui in urbe, & ruri, & in mari reinedijis non destituerētur, neq; à librīs, & pharmacopolis ea petere inopia cogerentur. Cui rei nixu omni quotidie studemus, cum plantarū notitiæ incumbimus. Neque nos uulgi auram captamus, aut ipsius expectatione mouemur, ut creditis, qui nimirū de uobis facitis coniecturam. Quin potius studemus pro uirili nostra medicinā ueterum imitari. Quod si secus euenerit, atque hominum malitia contigerit, iterū præstigia & ostentationes, & barbarū omnem cultū reuiuiscere (quain labem Deus maximus auertat) quid supereft, quām ut præceptoris mei exemplo, qui sane eadem aliquando perpessus est, me consoler. Ita enim inquit^a: οὐ μετέλει τοῦ πολλοῦ τὸ στρατικευτικόν αὐτοκτονίην θεῖ, οὐ τὸ ἄλλον, οὐτοις τε τημένησιν ἀλιθέαν εἰλικρινῶς, οὐ δέ τοι τὸ ἔφωθεν, οὐδὲ αὐτὸν δέ τοι τὸν τάχαξ περιφερόντος τοῦ πετρεχόντος τοῦ νοῦ βίον αδικίας, Εἴ γνωστος οὐδέποτε ξένται τοῖς αὐθέωποις ὅφελος: Εἰσαντεχωρέψει τοι τὸν πολλοῦ συρρεῖται, οὐ ἀστορεῖ εὑρεῖται μετάλλων οὐ τὸν τάχαξ ανθυματών, οὐδὲ τὸν γοῦν σώσαι αποδύθηται. Στοιβάνται τοῖς πολλοῖς μὲν ἄγνωστοι: γνώσεις μὲν οὐ καὶ φίλοι μάλιστα μὲν οὐ πρῶτοι θεοῖς, εἰτα τὸν αἰθρόπτων τοῖς ἀριστοῖς γνῶσις βιῶσι. Αὐτοὶ τοῖς τανάγροις. Καθεκαίσης ταράχη τοῖς πολλοῖς αὐθέωποις. Hoc est, Necesse igitur est plurimis ita animo institutis, & alijs quicunq; syncera mente ueritatē colunt, non inquam externorū gratia, sed ob eam ipsam ita euenerire, ut cum primum experti fuerint prauitatem, que nostra ætate uitam intrasit, norintq; apertissime sese nullo usui hominibus esse posse, à multitudine secedat: ueluti si in procella ualida, & uentorum turbinibus se saluare studeant, erunt profectio ijs multitudini quidem ignoti: Ceterū noti maxime & amici, primum qui

*a in lib.
de preco
gnitio.*

quidem & maximè Dijs: postmodū uiris optimis. Quietam uitam agent, sinentq; callidos homines uulgo gloriofos esse.

Quanquam haud scio, an uos potius artem medicā de honeste-
tis, quorum opera eò deducta est, uti ab omnibus ferè nullius
precij aestimetur. Ita enim in præcognitionibus exercitati
estis, ut mulierculis nihilo meliores sitis: atq; utinā uos longè
non excederent: quod & sæpe uisum est. Quoties enim ægro
dum ageret animam pharmaci propinaturi accessistis: in eo
spem salutis polliciti? Quanquā eo ebibito, sæpe mors irrepe-
ret: aut saltē dū æger assurgit, oborta syncope, perierit. Quāto
igitur melius, quantoq; decentius erat, ut uos, quibus cure est
arte medicā ad dialecticas disputationes traducere, quiq; satis
grande ingenij uestri monumentū edidisse putatis, si Jacobiti-
cas & Vgonias fabulas insectemini, studere tandem uti quod in
hac arte diuinissimū existit, tandem è tenebris euocaretis? Id
autē prognosticatio est:² Sic enim inquit Hippocrates, Opti-
mū esse, medicū præcognitione uti: tū quia pluris apud egros
& astates erit, promptiusq; sese medico cōmittent: tum quia
præcognosse ad curationē est utilissimum: ut latius & in libro
de Crisi, & de Iudicatorijs diebus est demōstratū: adeo ut sine
præcognitione neq; diæteticē recte instituas, neq; auxiliorū
ullū. In hoc profecto tum nos, tū amici nostri elaborauimus:
Sed quid in tam grādi arte efficere potuimus? neq; enim præ-
ceptorem inuenimus libris exceptis, à quibus omnia petere
difficile est, & longū tempus ex poscit. Profecimus tamē non
nihil, adeo ut sæpius iudicationes, earumq; horas, & modos
prædixerimus. Neq; hæc mihi uitio uertat quispiā quasi ar-
tem ostentare uelim, uel exercitationem factare. Cæterū ut
nemo eam artis partem, uelut uanam aut quam comprehen-
dere nequeamus, negligat: sciatus & mediocria quoq; ingenia
eam (haud tamen sine labore & diligentia) consequi posse:
pauca hæc scripsimus.

F I N I S.

LEONARDI
IACCHINI MEDICI
EMPORIENSIS,
*

Q V A E S T I O N V M
N A T U R A L I V M
L I B E L L V S.



VIRTVTE DVCE,



C O M I T E F O R T V N A .

L V G D V N I A P V D S E B .
G R Y P H I V M ,
1540.

IV
190

LEONARDVS IAC-
CHINVS LVD OVI,
CO BONVISO
S. P. D.



*VM quaestiones has, quæ ad naturâ perscruta-
tandam pertinent, amicis legendas tradere de-
creuissim: tu primus mihi occurristi, ad quem
mitterentur. Nam & tibi primum deberi iudicabam
Ludouice charissime, quod in Furciano tuo sint dispu-
tatae. Neque enim memoria excidisse scio, qui, qualesq;
uiri in eo rure conuenerint: quotq;, & quam uarij ser-
mones de rerum natura inciderint. Non igitur eo solo
nomine gratæ tibi esse debebunt, quod ibi pertractatae
sint: sed ut dum patria abes, & loci memoria dulcis res-
curset, & amicorum: non secus quoq;, ac si in Furciano
modo esses, & cum Vincentio Nobile, Sebastiano Pe-
zino, Francisco Robertellio, Francisco Catthano, qui
tunc ibi aderant, disceptares: uoluptatem non
modicam ex eiusmodi recordatione
fusciplias. Tu interim cura, ut
ad nos sanus breui
reuertaris.
Vale.*

A 2

A D L E C T O R E M.

NOLIM mihi uitio uerti , amice Lector , si quas
quæstiones offenderis (quanquam paucæ sint) alia
ratione à ueterum quopiam explicatas. Neque enim
sum nescius , me nonnunquam in respondendo ab
Aristotelis prescripto desciuisse. Idq; non indignum
homine philosopho existimo , ut de se ipso idem dis-
cat , quod olim Horatius :

Nullius addictus iurare in uerba magistri.

Quo me cumq; rapit tempestas , deferor hospes .
Quare unicuq; permittimus , & nostra reprehendes-
re , & noua pro arbitrio comminisci .

LEONARDI IAC-
CHINI MEDICI EMPO-
RIENSIS QVAESTIO-
NUM NATURALIVM
LIBELLVS.
*

I.



V R I N S T R V C T A acie, ubi congre-
di tempus adest, clamorem primum attol-
li, & citatiore gradu moueri: mox ubi
propè instat miles, cursu hostem impete-
re iubent?

An quod motus calorem, hic uero auda-
ciam excitat: è contrario si frigescat san-
guis, timidos, segnes, ac ueluti rigentes
reddit? Porro nihil æquè frangit hostiles animos, atq; ala-
cris congressus. Indicio est, quod aduersus iam inclinates ho-
stes, uel aliqua ratione perterritos, ignauissimi quique auda-
ces euadunt. Scite igitur Cæsar de Thessalico conflictu lo-
quens, Pompeium reprehendit, quod lente & silenter in ho-
stem copias mouerit.

II.

Cur sonos & tubarum, & tympani, uel siquos grauiores ars
excogitauit, pugnaces facere opinantur?

Num quia illis animos componi putant, furios agitatos & ira:
atq; unâ torpore omni discusso corporis molem agiliorem
reddi? Neq; id simperito: Sonus enim quod præ cæteris ani-
mæ sedem attingat, pro sui ratione mollire, demulcere, perter-
refacere, somnum conciliare, turbare animos, iram ciere facile
potest. Quibus sanè modis & corporis unâ afficitur, languet,
inflammatur, horret, contremiscit: Videmus enim serræ stri-
dorem, tametsi nil terribile secum ferat, horrorem quendam,
atq; inæqualitatē, cum primū auditur, toto corpore excitare.

A 3 Cur

III.

Cur furentes, aut uehementiore ira, uel morbosa quapiam uis,
aut ebrietate, alioqui ignauis, formidabiles fieri solent?

An quod qui insanit, timore uacat: qui uero nil timet, fortis
prætermodum euadit: auget nanciū uires audacia, quas frangit
metus. Si itaque hic absit, merito & audacia in animo ingens,
uiresque corporis ferè insuperabiles fient. Quare cum
uultu, gestisq; minax quiddam, atq; impavidum præferant
insani: præcellentes uires, præcipitemq; eorum audaciam, qui
compos mentis fuerit, iure expauesceret.

III.

Bellica tormenta, quæ sibi iuniores effinxerūt, admirationi unicū
cūq; sunt, cum horrifico illo strepitu, tum impetu eo, qui uel
fidem longè excedat: siquādo quo pacto extrudat, dissipetq;
& omnia tametsi durissima comminuat, animo peruoluas.
Hæc igitur uniuersa ex natura ignis præcipue euenire uidetur:
quippe, quem in maximam agi molem atque amplissima
locorum spatia occupare, dum gignitur, sit necessarium: ut
pote corporum omnium maximè tenuem. Pone ergo mate-
riam aliquam, quæ facile ignem concipiāt, in arctum quem-
piam locum, uī multa cogi, dehinac ignem admoueri: igitur
momento & ignis fiet, & uasta locorum spatia occupabit. Si
mul enim fieri ignem, & debitam sibi magnitudinem asciuisse
oportuit. At si temporis momento in grandia spatia diffundi
debet, siquā pater exitus, eā uī multa erumpet. Non ignatus
horum cius machinae autor, omnibus rite ex cogitatis, in
æream, ferream uē machinā materiam, quæ facile ignem con-
ciperet, uī coēgit, ora exiūtus, totius cōparatione, angusta com-
mentus, quò uelocissimæ ignis eruptioni non suppetant. At
tamen necesse erat uelocissimè erumpere: siquidem (utī posse
tum est) spatij ualitatem uelocissimè occupasse oportuit. Sphe-
ram obiecit: tum ut cauum cōuexo aptè quadrans, omnemq;
obstruens meatum, ignem cohipeat, atq; inde impetum, qui
explicari nequeat, nanciscatur: tum uti extrusus lapis, ob
eiusmodi figuram, celerrime rotetur. hac enim ratione vali-
dius

dius multò feriet. Iam igitur tum eas, quæ propositæ sunt, tum alias quoq; quæstiones, siquæ occurrant, diluere facile fuerit. Quod enim ui multa erumpens ignis, unà lapidem ac circumfusum omnem aërem impellit, horrificus ille fragor, & obiectorum corporū comminutio oboritur: ille quidem uehementi agitatione, hæc uero motus uelocitate, quæ nimirū tanta est, ut uix animo concipi queat: nam quod uis impulsrix, uelocitate auctior semper euadit, passim doget usus.

V.

Cur si nusquam pateat exitus, aut admodum exiguis, ipsamet machina, tametsi durissima, diffringatur? qua ratione & cuniculis muros, montesq; diffringere commenti sunt.

An quod ignita materia arcto uase amplius cohiberi nequit: neq; iterum uelocissimæ eruptioni meatus respondet: Idem fiet, siquādo aut maiore copia, quam par sit, aut maiore ui materia intrudatur. Nam si iusto amplius os pateat, aut nullus, aut certe multò segnior impetus apparebit.

V I.

Cur tametsi tam breui tempore machinam ignis attingat, attamen iatim tota incenditur?

An quod ignis, siquā licet, erumpere tentat? quare uel in angustissimos quoq; meatus penetrare enititur.

V I I.

Quā fit ut nonnullos, qui non modo nullis nos beneficj; affere, sed neq; antea quidē de facie nobis cogniti sunt, amemus? An gerit unusquisq; in uultu, uelut in tabella, depictum animum, colligitq; etiamnū rudis homo indolis seminaria quædam, quibus animi quoq; mores coniçiat? hinc amicitiae, hinc odij primordia existunt. Surrepit autem innata hæc notitia & inscij; quoq; nobis: quamobrem nec si rogeris, satis rationem afferre possis, cur hunc studijs prosequaris, hunc uero abhorreas. Indicio est, quod qui forma insignes fuerint, his quoque iucundi sint, quibus nulla de uoluptate sollicitudo est, iucundos nanq; animi sui mores uultu præseferunt: tametsi nō raro iudicium decipi contingat.

Igitur

VIII.

Igitur s^epe accidit, ut quos primo statim congressu oderimus, mitescente in dies animo charissimi demum sint nobis. Contrà quosdam, qui initio chari fuerant, procedente tempore oderimus. Prior enim ille ubi secum familiarius uixeris, poterit morigeris suis dictis factisq; placere, atq; amorem tempore conciliare. Euenit quoq; non raro, ut qui minus eleganti sunt forma, eos dote aliqua ingenij natura compenset, quae sanè gratiosi sint. Hæc itaq; initio latitabant, ut quæ non perinde ac forma, statim conspicisci possint, sed longa potius consuetudine eluescunt. Sic igitur & quos nobis forma cōmendabat, quod scilicet animi morum fidem faceret, detegit consuetudo: plurimum enim ab innatis moribus educatio animos seducit.

VIII.

Cur nonnulli amore inuiti detineantur, nec ui ulla ualidos (ut ille inquit) Veneris ualeant effringere nodos? Amor habitus quidam esse uidetur, qui animum tantopere deuinxit, ut iugis motu & uehementi in id quod amat feratur. Eiusmodi habitum a sidua eiusdem formæ contemplatio perpetit: postmodum admiratio & cupidus eò deduxere, ut uel inuitos detineat. Sicut enim in habitibus reliquis, luce mentis obruta, omnino ui habitus, atq; ex ipsis impulsu feruntur animi: ita & amoris nemo obluctari ualeat. Necessest^e hanc luculenter expressit Lucretius, cum ait,

Nam si & abest quod amas, præsto simulacula tamen sunt
 Illius: & nomen dulce obuersatur ad aures.
 Hinc fit, ut perinde atq; habitus cæteri, magnis duntaxat animi motionibus, temporisq; longitudine aboleri queat.

X.

Cur aliquæ, tametsi uel ex ætate, uel morbo quo piam affectu turpes euaserint, adhuc tamen amentur? An igitur falsum est quod Physici dixerunt, Venerem Cupidinem parere? An peperit proculdubio Venus amorem hunc? Verum quæ corpus de honestant, qua uia qui cœcus est agnoscat?

scet; aut quorsum agnoscat, qui improbare nequit? uel cur im probet, quæ mox amplexari cogetur? Recte igitur Flaccus, Amatorem (inquit) amicæ, turpia decipiunt et cœcum uitia: aut etiam hæc, delectant. Fit tamen sæpius longo temporis inter vallo, ut uitia illa corporis, antiquæ Veneris memoriam de leant, atque inde marcescat amor.

X I.

Cur amantes exemptum sibi cor restitui precibus efflagitant? An quia cor & agnitionis, & appetentiae sedes uulgo esse cœetur? At cuncta hæc in unum id, quod amatur, concesserunt: Nam siquid uiderint, legerint, ue, aut cogitarint, siquid demū animo moliatur, dulcia illico simulachra occurruit, quæ ad se se cor totum, hoc est, omnes cordis præcipuas uires, arripiunt. Hinc itaq; quasi furto sublatum sit, sœuacq; oppressum seruitute, sibi restitui postulant.

X I I.

Cur qui perdite amant, leui alioqui momento succensere solent? An quia iniurias, tametsi leues, graues iudicat, durum enim est, atque admodum angere solet, siquid ille in te committat, cui maxime placere studeas. Cæterum sicuti qui aduersus habitus propensionem quippiam facere enitebatur, dolet statim: ita & amantem mox rixarum, & odij pœnitit: rursusq; supplex iugum, subacta ceruice, reposcit.

X I I I.

Cur usu uenit nonnunquam, ut illam ament, cuius potius nulla nobis spes est, cum nusquam aditus pateat? Attamen Cupido aut præterita voluptatis memoria, aut futuræ expectatione, tum excitari, tum foueri solet. An amoris primordia, propterea quod tenuia admodum similes, & exigua, nos latent? Quare non secus, ac feræ montibus errantes, in plagas imprudentes ferimur. Et si igitur spes nulla fruendi est: at ipso tamen aspectu primum species oblectat, mox absentis memoria recursat. Voluptatem itaque (ut ait ille) præfigit muta cupido. Inq; dies gliscit furor, atque gruna grauescit. Hanc mutam scite dixit, quod tacite irrepatur, & pau-

B latim

latim in dies incrementa suscipiat. Dum igitur adhuc perstebat ratio, necdum amore fuerat labefactata, nunquam ea spes rasset, aut immodice concupisset. Ast ubi sic afficitur, nil inexorabile, nihil inex pugnabile sese offert, abundeque spes superpetit cuiusvis rei, quamquam arduæ, potius undæ.

X III I.

Cur si amantem uoti compotem facias, amorem breui languescere senties?

An quia, parua fit ardoris uiolenti pausa partumper (ut inquit Lucretius) qua interim & sese recipere animus queat, exactiusque admissa luce scrutari, si qua sunt quæ animum eius, corporis ue de honestent? Neque enim diu celari potest, quam famulæ longe fugiunt, furtimque cachinnant.

X V.

Cur qui in omne uoluptatis genus proruunt, ut scurræ, ut commessatores, ut lenones, minus amore capi soleant: contrâ liberaliter institutos, & ingenuos uistros, non raro pessime afficiant? An quia quod morbi sanare potest, idem si etiâdum fiat, longè potest auertere? Ahimum igitur ad plurima uarietates distracthère, quam longe amorem fuget, cum usus doceat: docuisse tamen admonuit Lucretius, ubi ait,

Sed fugitare decens simus lacchia, & pabula amoris.

Absterrere sibi, atque alio conuertere mentem!

Nec retinere semel conceptum unius amorem.

X VI.

Num his aduersatur, quod in adagio dictum est, Sine Cerere & Baccho frigere Venerem? Et rursus, επει κενη γαστὶ τὸν καλῶν ἔρως οὐκ ἐστι: τενέδον γαρ οὐ κύρης πυργε.

Vtruncque profecto hominū genii minus uim amoris admittit, quibus scilicet uicus inops, & uentri dediti. Inopia nancium corpus semiægrum reddit, tum ex necessitate alio auertit animum. Rursus qui uino madent, curarum obliuiscuntur. Dissipat nanque Euius (uti Flaccus inquit) curas edaces; nimirum igitur, si amorem oblitterare, nedum arcere queat.

X VII.

Cur

Cur amorem flammæ, ignisq; uocabulo, significari mos est: sedq;
absimū incendio, amantes queruntur?

An quod sequaces, grauesq;, alteq; animo defixas curas,
aptius explicare nequiuere? An quod quæ ignis semel corri-
pit, tū grauissimè afficit, tum ad internicionē quoque exedit?
Porro amoris comites, sollicitudines, iræ, cupiditates, despera-
tio, spes rursus, uigilæ, inediæ, non secus atque ignis, quic-
quid roboris, quicquid humoris usuifici īest, cito absimunt.

X V I I I .

Cur ardenter amant qui amorem cohibere coguntur?

An quia nulla ex parte potiuntur: nam extremis quoque li-
neis amare, tutò uix licet: at ea ratione mitiore reddi dictum
est, si inquam amans aliqua ex parte fruatur. An quod multò
peius afficitur, qui ne ullum quidem leuamen habet: quod
neminem consulere, aut alloqui audeat.

X I X .

In timore pariter atque ira principio in penitiora retrahi calidū
omne cernimus. Tametsi in iratis audaciam, promptitudi-
nemq; efficiat: Contrà in his qui expauescunt, uires tum ani-
mi, tum corporis funditus euertantur. Corpus enim univer-
sum contremiscit, alii & uestigia excrementa, sponte sua dilas-
buntur, perit memoria, uox fauibus hæret.

Atqui uident̄ cūcta ea ratione oriri, quod pereunte spe omni,
atq; audacia, anima suorū oblita munerū, corporis curā omit-
tat. Quocirca & nonnulli præ metu interiere. Itaque tametsi
initio sanguinē in medium, uelut in arcem cogat, sicuti & in
ira: tantum abest, ut ibi feruorem, & calidum augeat: quin po-
tius quod à nulla ui regatur, sponte sua, uelut in his qui mor-
ti proximi sunt, delabitur. Quare uniuersa animantis organa,
donec resipiscat anima, rursusq; administrationem suscipiat,
ad motiones penitus inepta uisuntur. Scitè itaque Poëta
cecinit:

Palluit, & gelidus coit in præcordia sanguis.

Quod enim minime ferueat coactū, necq; uti in iratis accidit,
in summa corporis rursus efferatur, iure gelidum nominauit.

B 2 Cur

XX.

Cur igitur in proverbio dicitur, Timor addidit alas?

An falsum est timore vires augere? uerum spem potius, quæ se se offert aliquando, dum timore premimur. Spes namq; non nihil illico audaciae producit, quare calor euocatur, gliscitq; iam enim vires colligit animus atque impetum facit, quæ omnia increscunt, simul ac spes auctior extiterit. Quoniam igitur corporeæ motiones unius uoluntatis imperio parent: quid mirum segnes trementesq; prius, mox audaces, perniciissimosq; fieris quando illuc vires animi omnes corporisq; contedunt. Plurimum uero ad celeritatem conducere existimandum est, quod incommoda, si quibus interim afficiantur, minus sentiunt. Non altæ rupes, non saxa obuia, non uepres, non flammæ fugientem deterrent, aut remorantur. Nonnulli enim (ut eos mittam, qui præruptis montibus se præcipites dedere, aut fluminibus absorpti sunt) cursus celeritate, & longitudine, præfocati interiere.

XX I.

Cur iratis quibusdā oculis micat acribus ignis: alij uero pallēt?
 In his qui irascuntur omni ex parte corporis in cor ferri confertim sanguinem certum est: atque ideo extima omnia sanguine nonnihil destitui, ut de timentibus diximus. Continuit tamen alios longiori tempore, alios breuiori pallere, rursusq; rubore suffundi. In quibus nanque bilis abundat, quod minus sanguinis obtineant, diutius pallent: qui uero sanguine pleni sunt, breui sane tempore. Primum igitur in cor, uelut in arcem coactus, ex ultionis desiderio sanguis efferuerescit: Inde audacia increscit, atque ad extima rursus, præcipue uero sensuum organa sanguis spiritusq; impelluntur: tum quia uiciniora, tum quod his maximè, ut instrumentis, utitur anima. Verum nonnumquam motiones eæ tanta celeritate fiunt, uti uisum effugiant.

XX I I.

Cur eos, qui diutius ex ira pallent, implacidiores sequores que iudicamus?

An

An quòd argumento eo , corporis temperaturā coniçcimus? quòd enim pauci sanguinis sint , atq; atra uel amara bile abūdantes , benignitate succi illius quām minimum participant. Sanguis enim tametsi pronos ad iram animos effingat : clementes tamen , & placabiles reddere solet.

XXIII.

Cur ocyus ex ira se se colligunt nonnulli , alij contrā ferius?

Citius profecto ij, qui leuissimis de caufis irasci solent: uel sibi id per naturam , uel ex malo habitu contigerit. Horum nanc; animus paruo momento huc uel illuc impellitur . In caufa aiunt esse Physici uel capitis paruitatem , uel omnino totius corporis breuitatem. Illud quidem , quod cordis feroorem cerebri tepiditate temperari non sinit , unde & in iram proclive est. Alterum uero , facit uti in angustum coactus sanguis , natura calidior sit , facileq; efferueat.

XXIII.

Cur quos puduit , rubore illico uitu suffunduntur (inde enim erubescens dicta est) cum pudor timoris genere comprehendī uideatur , timentes uero palleant?

An pudor mixtus quidam affectus , ira timoreq; est ; succenset nanc; tum alijs , tum sibi , qui detegi ea uidet , quæ nolit. Quòd igitur ira timorem in conflicitatione ea animi exuperet , sanguis quoque dum modò introrsum , modò extorsum mouetur , in summa tandem corporis protrusus figitur , quousque animi motus sedetur.

XXV.

Mores hominum pro regionis , quam incolunt , diuersitate , non diuersas modò , sed & oppositas (ut ita dixerim) rationes subire uidentur. Qui nanc; ad Arctum incolunt , immanes sunt , & efferato animo : temere quoq; in omne uitæ discrime ruunt . attamen animo simpliciores illos cernere est , & minimū uitæ fraudibus exercitatos. Qui uero ad Meridiem , timidi sunt , assentatores , perfidi , insidiosi , simulare ac dissimulare edocti. Huius rei causam non immerito quis ambientis aëris conditionem esse existimauerit , quæ scilicet plurimū situs ratione

B 3 euariet.

euariet. Quod enim ex corporis temperamento (cuius nimis
rum ambiens prima causa existit) mores quoque animi discri-
men fortiantur, iam antea naturae coniectores (*φυσιονόμοις*
Græci dicunt) posuere. Sunt igitur Septentrionales uiri ca-
lore præpollentes, uiribusque: Australes contrà imbecilli. Quā
rem cùm corporis habitus satis monstrat, tum ratio ipsa con-
firmat: quæ nimirū ex ipsa rei natura fidem facit. Frigus nanc
durare, robur prestatore, caloremque augere animali potest:
Aestus contrà emollire, debilitare uires, & omnino calidum
innatum imminuere: quod enim in nobis temporū uices effi-
ciunt, idem in ijs cœli natura. Porro frigidiuscula animalia,
quanquam timida & imbecilla existant, attamen ingenio acri
uisuntur, quod minus perturbationis sentiat anima. Commo-
uet enim calidum, turbatque ingenium, quod ebrij & irati te-
stantur. Quare tum ex necessitate (cœli inquam ratione) hæc
omnia cōtingere uidetur: tum melioris gratia, optima scilicet
naturæ dispensatione, ita institutum est, ut quæ timida sunt &
imbecilla, astu & artibus sese tueantur. Contrà quæ calida cùm
sint, uiribusque pollent, atque audacia, quod nullo alio egeant,
simpliciori ingenio prædicta sint. Quā rem cùm in omni ani-
mantum genere, natura obseruarit, tum præcipue in hominē
uerum esse conspicitur, quod eius mores nobis magis inno-
tescant.

XXVI.

Animalium alia quidem perpetuas inimicitias in inuisitatem exer-
cent, alia uero statis duntaxat temporibus: è contrario non-
nulla & cum ijs quæ sui generis, & quæ alterius sunt, ineunt
societatem.

Atqui duæ præcipue dissidiij causæ assignari posse, uidentur.
Altera cibi ratione, ob Venerem altera. Igitur inimicitiae, quæ
ob cibi quæstum oriuntur, perpetuae inter ea animalia sunt,
quibus ipsis ali, & ipsis uersari locis natura dedit: præfer-
tum si uictus inops, neque adeo paratu facilis fuerit, ut in ijs, quæ
uenatione pascuntur, uidere est. Nam si rursus pabuli copia
suppetat, fieri poterit, uti gregatim pascantur animalia, siue
eius

eiusdem generis sint, seu diuersi: ut oves, ut capræ, ut iumenta omnia. At quæ propter Venerem accidunt, haud equidem perpetuae sunt inimicitiae: sed cum primum iniri foemina patitur, quo tempore mares, non saeuiores modo euadunt, sed & rivales omnes insectantur, atq; oppugnant.

XXVII.

Cur igitur fieri dices, ut in eodem animantium genere, mas tametsi lacesitus, foemella non feriat?

An quod mas generosior, foeminæ petulantiam cōtemnat, atque ulcisci dedignatur? An quod Veneris appetentior, obdiutinam expetitæ uoluptatis expectationem, iniurias æquo animo fert, uix enim exigua anni portione foeminæ iniri patiuntur, homine excepto. Contra mas semper est coire paratus. Quin & ea de causa foemini subblandiri mares solent, quod apud eas gratiam promereantur.

XXVIII.

Cur exectione, adeo tum habitu corporis, tum moribus immuntur animalia? mollitie nanque, & uoce omnino foeminiis quam similimi: moribus quoq; ita euariant, ut secordes pauidi, atq; uno uerbo *et levius* efficiantur.

Mirum profecto est, ex initio adeo exili, grandem illam inseparabilem commutationem naturæ: est enim quod exciditur quodammodo superuacuum, si uitam spectemus: ac tantummodo propagationi deseruiens. At uidemus nihilominus alia quoq; euenire eiusmodi, quæ fidem magis excedunt: quando nulla ex parte affecto corpore, moribus animal adeo immutari contingat, ut licet mas sit, foemina omnino præseferat. Gallina namq; si semel marem excusserit, aut pugnans uicerit, eucurritu primum gallos imitari incipit, postmodum & reliquas foeminas supersilire audet. Contra mas uictus, quasi iniri possit, sese in terram demittit: quod quidem quasi portentum rustici execrantur, atq; occidunt. Neque cessat ferocia hæc, & alacritas, donec in corpore quoq; notis quisbusdā elucescat: crista enim rigidior erigitur, & cauda: mas contra demittit, & languet. Cum igitur sola animi mutatione tanta in animan-

animante diuersitas contingat: quid mirum fuerit obsecro, si ubi flagrans amor, & libido è medio tollatur, ignavum atque iners fiat, feruore inquam uniuerso sanguinis languescente: deinde pereunte virilitate omni, corpus plus iusto humidum, ac molle, atq; uno uerbo foemineum euadat. Quod autem ita se res habeat, indicio est, quod si qui marium natura minus auidi uenereorum sunt, uultu, gestisq; & uoce, non disparestr castratis uidentur: contrà foeminæ natura libidinosiores, hirtæ magis sunt, & durioris carnis: uoceq; & motione, mares ferè æquant. His adde quod quo tempore mares ad coitum concitantur, quo (inquam) tempore virilitatem maximam preseferunt, duriorum carnem, gustuq; & olfactu uirosiorem, obtinent: calore scilicet præter modum eo tempore excitato, atq; exurente. Quod si qua viribus præstant, ut quæ ferratos habent dentes, & carne uescuntur, saeuiora tunc temporis, & audentiora experimur. Parit itaq; libido sanguinis feruorem, audaciam, alacritatem: inde durum, hirtumq; corpus efficitur. Quod si libido extinguitur, secus omnia euenerient.

XXIX.

Cur frequentius coëuntes, et si coitus appetentiores sint, quam reliqui, minus tamen ex eo uoluptatis capiunt? Cupido coëundi turgente vase seminario innascitur, cum semen ad excretionem sui iritat, titillatq;. Sicuti uero in reliquis, quæ cum onerosa sint, è corpore excernuntur, eo plus delectationis sentitur, quo plura & acriora congesta erant: itidem & in seminis excretione contingit. Cum enim uoluptas inde oriatur, quod leuari se animans sentiat, ab his quæ ad excretionem sui proritabant: siquidem crebro excernantur, duplice sane ratione, minus inuehunt uoluptatis: tum quia exiguo temporis spatio, oneri fuere: tum quia cum cito excreta sint, minus sibi acriitudinis asciuere. Cur uero adhuc plus cæteris coitum ex petant, intemperantiam in causa esse oportet: etenim appetentia, uoluptatis memoria excitata, nullisq; detenta habenis, sanguinem spiritumq; eò protrudit, cupidinemq; accedit coëundi. Quocirca nonnulli in immodico uenereo.

nereorum usu, semicocta adhuc & cruenta sanguinis loco excreuere. Tantum enim potest in animantis corpore cupiditas, ut naturam quoque, quae corpus regit, leges suas aliquando prætergredi cogat.

XXX.

Igitur iure admirabitur quispiam, quoniam pacto adeo magnam uoluptatem, quamcumque omnis natura animatum cupide sequitur, ut ait Lucretius, nulla alia ratione fieri putemus, quam ab excremento quopiam quod sensum infestabat. Multa tamen eiusmodi rerum naturam perscrutanti occurrunt, quae si perpendas, proculdubio admirari desistes. Nam siquando sicca, aut humida excrementa acriora ex corporis tēperamento extiterint, uel forte quapiam præter uoluntatem diutius continentur, cum postmodum excernuntur, non mediocrem profectò inuehunt uoluptatem, ubi se se animans eo angore liberatum senserit. Quod sicu partem admodum sensilem ferus aliquis pruritus uexet, qualem lepra, psora uero, aut impetigo infert: mirum quantam ex scalptu & frictione capiet uoluptatem: inde enim difflatur, quicquid acre cuti inhæserat. Igitur cum delectatio ea, quem uenereorum usum insequitur, non aliam profectò originem sortiatur: tanto utique maior erit, quanto pars ea, quam prolificum excrementum, dum retinetur, uexat, syncretiore sensu predita est. Quod uero impetus ille, quo animalia omnia, quasi furore quopiam correpta, in coitum ruunt, nulla alia de causa fiat, quam quod natura quippiam ualde onerosum deponere gestat, indicio est, quod graciles & biliosi, & omnino quibus acre semen est, plus pinguibus humidisque ad coitum irritantur.

XXXI.

Cur ieuniū cum celerius rem uenereum perficiunt, tum maiorem uoluptatem sentiunt? plurimi enim à largiore coena ne concubere quidem potuerunt.

An quia ieunis calidum, & acrius est semen? Porro quod calidum sit, cito excernitur: quod uero acre, plus excretione ipsa (uti monstratum est) oblectare debet.

C Cur

XXXI.

Cur nonnullis cùm coëundi maximo tenerentur desiderio, præter spem, ne minimum quidem penis intendi potuit? An id accidit, cùm loca ea magna ex parte calore destituantur: calore nanc̄ egent, ut intēdantur. Solent autē affectiones animi quædam, aut omnino calidum refrigerare, aut in aliam regionem euocare. Eiusmodi sunt, Timor, Reuerentia, Ira, Cupido modū excedens, qualis amantes afficit. Timor nanc̄ refrigerat: cæteri uero affectus calidum omne in summas corporis partes impellunt.

XXXII.

Cur spontaneæ seminis profusiones, quæ nimirum cum uoluptate fiunt, uigilanti non accidunt? An ita consuevit natura, uti per quietē potius, ea quæ super uacua sunt, excernat? Porro prolificum excrementū, quod uel multitudine distendat, uel acritudine mordeat, oneri esse solet. Hinc per notas sibi uias maiore uī natura propellitur. Siquis enim ea, quæ interīm occurſant simulachra, excretionē hāc seminis cīere putet, longe decipitur: cùm potius eam à corporis commotione quodammodo accersiri credendum sit. Tengit nanc̄ quæ in seminario uas ex multo, aut acriore seminē oritur, excernēdi primum libidinē ciet: huius mox impulsu, ueluti ex promptuario quodā, uis seruatrix spectra depromit. perinde ac Galenus aliquando ait ἡ τὸ πάντα φυσικά (nempe quæ per quietē aduenit) θλῶσ πάντα συμβάνει. Nec aliter rem hanc exponere uifus est Lucretius, cum ait:

Iritata tument loca semine, fitq; uoluptas

Ejcere id, quō se contendit dira libido.

Incitat iritans loca turgida semine multo:

Idq; petit corpus mens, unde est saucia amore.

Quanquam quod postremo addit, petere inquam mentem id unum quod amat, quod simulachra ea temere occurſent, nec plurimum uerum est, nedum necessarium.

XXXIII.

Cur seminis morbosa profusio (*γεροφόρει* Græci dicunt) prorsus absq;

absq; uoluptatis sensu fiat?

An quia semen confertum non proruit? uoluptas nanc; & dolor, celeres mutationes exposcunt. An quod uisorum incontinentia, quam paralysim uocant, contingit, à qua nimisrum & sensus magna ex parte hebescit?

X X X V.

Cur hos quidem rarius, hos uero crebrius, alios ferè nunquam somniare contingit?

Somnia nec penitus uigilantibus nobis, neq; altum somnum dormientibus, occurrit: quare antelucano tempore, ubi scilicet cibus iam confectus est, plerunq; fiunt. Quod siquid capite ita natura affecti sunt, ut altiore somno facile opprimatur, rarius uisa uidebunt: eritq; eorum somnus morti quām similis, ut Homerus inquit, quod scilicet ne minimus quidē extet sensus: quā rem ita se habere, inde percipi potest, q; ægri, & atra bīle uexati, ieconi item, & qui curis, & mœrore angūtūr, plurimū somniant: nam & leuem, & breuē somnū dormiunt.

X X X V I.

Cur somniorū modò reminiscimur, modò penitus obliuiscimur? An tum demū reminisci facile possumus, cùm à somno statim expurgiscimur? euoluimus enim animo uisa, & reputamus. Quod si somnus protrahatur, uisorum delentur imágines, eosrum exemplo quæ quis in speculo uiderit: ea nanc; uelociſſime memoria itidem excidere solent. An eorum reminisci mur, quæ mane cōfecto iam cibo uisuntur? Cùm enim à coena multus, turbidusq; uapor subuolet, si qua tunc per uisum apparent, similia his erunt, quæ per crassiorē nebulam uix perspicuntur: nam quæ in clara luce cernimus, memoriae multo altius inhérent.

X X X V I I.

Cur per uisum nonnulla sāpe nobis occurrant, quæ neq; antea in mentem uenerant, neq; ex cogitari quidem ulla ratione posterant? Somnia tamen ex spectris quæ in memoria recondita sunt oriri, omnes arbitrantur.

An similis est somniorū generatio ei, quam in animalium pri-

mordijs cōminiscitur Empedocles, quādo fortuito quodā cō-
cursu euenisſe ait τὰ βούρην καὶ αὐδούσην περιπέτερα. Si qua igitur uel o-
culis uel animo forte fortuna aliquādo occurſarint, ea per ui-
sum iungī unā temere contingit, unde uanę illæ finguntur spe-
cies. Ita nanc⁹ usus docet, raro admodū fieri, ob hunc uidelicet
adeo fortuitū cōcursū, ut tēpora, locaç⁹ gestis probè quadrēt.

XXXVII.

Qui fit uti inter dormiendum alij prorsus concidant, contrā alij
eadem, quæ per uigiliā, munia obire ualeant?

An somnus (quod & antea diximus) aliās morti similimus
est, quando non sensus modò omnis, sed & uis motrix omni-
no deficit, respiratione excepta, quam etiam, non sine difficultate
emittunt, quod stertor indicat? Qui itaq⁹ sic habent, tan-
tum abest, ut uigilantium actiones imitantur, ut ne mouean-
tur quidem. Nonnunquā autē media quadam inter uigiliā
& somnū affectione tenentur: atq⁹ hos tametsi uigilantiū ope-
ra exequi uideas, haud tamen exacte imitantur. Si nanc⁹ lo-
quantur, si canant, blæſas, mutilasq⁹ uoces profudent: si uero
perambulent, ebrios dixeris. Si qua igitur, multo antea longo
usu edocti, per quietē facere enīuntur, at perficere tamen ne-
queunt: quo circa actionum potius rudimenta ea, quam actio-
nes dixeris. Possunt tamen aliqua ex parte imitari: quoniam
uti dicebamus, nec mouendi in ihs facultas, nec sentiendi pe-
nitus soperit.

XXXIX.

Cur adolescentuli, cùm pŕimum ex ephebis excessere, uocem
asperam emittunt, quæ postmodū procedente ætate mitescit?
An dum ex acuta in grauē uox perm̄utatur, media quædam
uocis natura gignitur? Hæc autem ex extremis ipsis confla-
ta, acuta esse deſtitit, neque adhuc grauitatis notas manifestas
prefert. Cæterū quēadmodum in tactu ea aspera sunt, atq⁹
horrorem contactu īcūtiunt, quæ partes suas īaequales, &
sibi īuicem subsultantes habent, itidem & in uoce asperum
& lene reperire est. Aspera nanque uox eadem ratione audi-
tum offendit, quod īaequalitatem quandam ex concursatio-
ne ex

ne extremorum obtinet. Porro quod illo primum tempore permutationem eiusmodi uox subeat, caloris effervescentia in causa est: a quo nimurum & arteria plus extendi potest, & plus aeris dimoueri: at interim nondum ualet in extremum alterum uocem traducere. Talem itaque uocem emittunt, quam hirci, cum presertim ad coitum concitantur: nam Graeci ea de causa οὐρανὸν dixerunt.

X L.

Cur & aegri, & ualde perterriti, uocem acutorem reddunt?

Vox & sonus omnis (ut paulo altius ordinatur) duplicum habet differentiam: quarum altera ab eius (ut ita dixerimus) qualitate desumitur: altera qualitatem spectat. Quae igitur a qualitate, differetiae esse sunt, quibus scilicet ex uocibus hanc quidem magnam, elatam, claramque dicimus: illam rursus paruam, submissam, obscuram. Acutum uero & graue, quamuis qualitatem ex ipsa appellatione significare videantur, re ipsa tamen uocabula sunt qualitatis. Horum sane modorum uocis duplex genere causa reddi potest: Altera ex multitudine eius, qui efflatur, aeris: altera ex arteriae uocalis laxitate. Et enim arteria his quidem laxior est, his uero angustior. Aer uero modo in emittenda uoce plurimus, modo exiguis, propellitur & expiratur. Expirantes nanque uocem reddimus. Ceterum quod arteriae laxitas grauem, angustia uero uocem acutam efficiat, & pueri & mulieres ostendunt: ex viris quoque quicunque uel ab ortu ipso, uel castratione pinguiscant: illis enim surante natura exilis arteria est: his uero pingui obsessa connuet, quare acutum sonant. Idem & musica instrumenta demonstrant, in quibus id quod graue est, & acutum, laxitati & exilitati fistularum proportione respondet. Porro cantores si quando acutam uocem edere contendunt, ut comprimit arteriam, redduntque angustiorem: quod si grauem, deprimit contraria guttura, laxantque. Ceterum acuta uox & grauis, differt rursus & magnitudine, & exilitate: quam differentiam a quantitate desumi dicebam: Quam etiam ex multitudine uel paucitate efflati aeris prouenire, nemini dubium puto. Vnus-

C 3 quicque

quisque enim experitur , magnam elatamq; uocem maiore ui fieri : quod scilicet plus aeris dimouere opus fit . Itaque qui uiribus ualent , ea ratione facile uocem efferunt cum libet , supprimuntq;. Qui uero imbecilli casu aliquo redditi fuerint , ita ut neq; arteriam laxare , nec multum aeris dimouere queant , acutam unam & exilem uocem edunt .

XL I.

Cur eos qui acutam atque elatam uocem edunt , raucedine illico tentari uidemus ?

An quia dum plurimus confertim efflatur spiritus , gutturis extrema colliduntur : quare musculi qui eas partes mouent , ad uocis conformatiōnē , commotione ea distracti , defluxiones prompte excipiunt : non secus atque hi , quos sicca tussis infestat , qua sanè ratione raucedo oritur .

XL II.

Cur quibus elata vox est , audaces natura , & iracundi existunt ?

An quia circa præcordia plurimum caloris obtinet : elatam nanque uocem inde fieri diximus , quod multum aeris efflatur : quod quidem à uehementiore calido fieri necesse est . Quod igitur iratis aliquando iræ nimírum impetu accidit , id in ijs per naturam : extollunt enim irati , præ calore qui circa cor efferuet , uocem : timidi contrà præ refrigeratione summittunt .

XL III.

Cur vox acuta maiore ex interuallo audiatur ?

An potius non quæ acuta solummodo est , sed quæ una magnitudinem quoque adiunxit , à longe auditur : Nam qui grandiori spatio distantes alloquuntur , magnam & acutam uocem edere solent . Porro quod acuta sit , cito ualideq; permeat : quod uero magna , integrum multo spatio perdurat . neq; enim multus aer , facile dispescitur , aut euanscit . At sonus absq; aeris motione longius audiri nequit .

XL IIII.

Cur uiris inter canendum , tametsi acuta occuperint , sensim in grauem vox delabitur : at pueris ex graui potius in acutam

pro.

procedit:

An quia grauem uocem pueri, non nisi ui multa, edunt: contrà uiri acutam? Hoc autem ex his, quæ diximus, satis liquet: quare uocis organa breui defatigari in utriscq; necesse est, atq; hinc facile in contraria dilabi.

X L V .

Cur quæ in unoquocq; genere optima sunt, & quasi metrum reliquorum, fastidio esse nobis solent? sic in gustatilibus dulce, sic in consonantiarum genere diapason, atque in coloribus album?

An cum contraria ex diametro inter se distent, neutrum tamē eorum sensui gratum esse uidetur, sed tantum quæ medium quandam naturam obtinent? Ex contrarijs nanque alterum, nempe quod melioris obtinet rationem, languefacit sensoria, atque emollit: quod uero deterioris, exasperat, atq; offendit. At gestit leniter dimoueri anima, quod quæ media sunt abunde prestant, quod scilicet extreborum maxima ex parte uim habeant & facultatem. Hinc miscellas tum in sonis Musici, tum in saporibus coqui adinuenere, uti sensus ipsos citra tempus iuu oblectarent.

X L V I .

Cur ex odoribus hi quidem semper, hi uero non semper delectare solent? Suffitus nanque aromatum, nunquam suauis non est. Contrà esculentorum nidor, sciuno's quidem, & cibi auidos delectat: at saturis non raro fastidio est, & nauseam mouet. An quod odorum nonnulli propria ratione obtinent suavitatem: quare nunquam ea destituuntur. Ast alij, qui alimenti solummodo ratione iucundi sunt, quibus inquam ducibus cibum sibi querunt animalia, nil mirum est, si quidem replete uentre eos auersemur.

X L V I I .

Cur florum nonnulli paulo remotiores, olent suauius? ut nigra uiola, ut mentha, ut ocymum?

An quia nimis humore abundant, quo nimis frum odor hebescit? Siquid igitur calidi, tenuisq; halitus subest, id latius diffundit

fundī potest, quæ sanè odoris materia est. Ast aqueus cūm
crassior sit, prīmis hæret marginibus, atque ibi odorato halis-
tui sese admīscens, quòd inodorum sit, odorem interīm tollit.

X L V I I I.

Cur multa ex præcellentibus odoramentis, quibus uel ad un-
guentorum confectiones, aut ad suffitus utimur, naribus pro-
pius admota, offendunt: pauxillum uero dimota, mire de-
lectant?

An quòd uis eorum ualidior est, quām ut ferri facile queat?
Sensoria nanque uniuersa, moderatione quadam gaudere ui-
demus. Siue igitur qualitate sola, seu halitu quoque medio
ad nos odor perueniat (utrouis nanque modo olfactum fieri
certum est) si propius admoueantur, motu suo uehementio-
re, quām par sit, offendunt. Qui rursus motus, quo à prima
illa sui origine plus distat, eo ignauior euadit, quare & minus
offendit.

X L I X.

Cur excrementa eorum, qui allium gustauerint, diebus nonnullis
allia olere sentiuntur. At non ita accidit, si quis nepetam,
origanum ue, aut aliud eiusmodi odoratum comedenterit?

Nonnulla qualitates adeo ualent, ut ab innato ca-
lore aut ægre uinci queant, aut omnino nequeant: eiusmodi
sunt & quæ uim uenenatam obtinent, & quæ omnino, medi-
camentosa potestate prædicta sunt. Hinc igitur eorum, qui opium
biberunt, corpus omne opium redolet: subit enim ue-
nas neutiquam immutatum. Allium igitur ex his est, quæ ob
medicamentosam qualitatem uix longo tempore confici pos-
sunt: nūl mirum igitur si quidem diu propriam seruet naturā,
& transmutationes multas subterfugiat.

L.

Plantarum partes, seu germina sint, seu folia, flores ue, uel poma,
uel radix, aliae in dies odoratores euadunt, aliae breui odo-
rem amittunt.

Quam rem inde oriri putandum, quòd tenuem odorem non-
nulla obtineat, quiç facilē cum humore euanescat. Alia uero
firmio

firmorem sanè odorem sortiuntur, quicq; solidiori fundamento innitatur. Dum igitur uirides sunt, humentq; immodice, humoris abundantia odor obtunditur. Porrò humor moderata siccatione corrigitur. Solent autem odorem tandem ipsa quoque amittere, si uis solis, aut uetus tatis penitus contabescant. Qua in re primas partes sibi rosa uendicat: utpote cuius odor inter ceteros flores diutissimè perduret. Proinde & temperamenti ipsius conditionem merito Theophrastus admiratur.

L I.

Cur qui larignam resinam potarunt, siquid meierint, suaue olet: qui asparagos comedenterunt, deterrime?

An quia resina uisciditate, & medicata qualitate sua uix ab innato calore potest immutari? Quod igitur ipsius tenuius est, atque odoratius, uenas subit, sanguinisq; sero dilutum, odoris grauitatem, si qua inerat, exuit: inde renes & uescicam pertit. Asparagi uero citissime conficiuntur: quamobrem putredinis nonnihil citò acquirunt. At cum multa præter asparagos sint, quæ putredinem facile sentiant, ut brassica, & fungi, & hortensis smilax: sola tamen asparagi putredo (quod nuerimus) uescicam petit, quod uim ciendæ urinæ non leuem ea planta obtineat.

L II.

Cur ex plantis hæ quidem annuae sunt, ut frumentaceum genus, & olera fermè omnia: hæ rursum biénio, aliae demum ad multis annos perdurare queunt?

Videntur fecunditate immodica annua ueluti effœta perire. Sicuti enim in animante nimia seminis profusio, & corpus cotabefacit, seniumq; celerius inuehit: itidem & plantæ, si quidem pro magnitudinis ratione largius quam par est fructifcent, arescunt. Quam rem in frumentaceis præsertim usu euénire uidemus: inde enim radix ipsa inualida est, quoniam uim omnem, in procreationem effundit. Indicio est, quod ex uiuacibus plantis, multæ arescant, si quando largiorem, quam par est, fructus copiam edant.

D Cur

L III.

Cur fieri dicas, ut tametsi quæ arbori inseritur gemmula, alimētum omne inde suscipiat: sua tamen poma, non aliena gerimen edat?

An quæsijsse iustum potius fuerat, cur plātæ quædam sponte sua alijs adnascantur, neq; aliter prouenire queāt, ut polypodium, ut dryopteris, ut uiscum: propriam tamē naturam adeo seruent, ut quædam ex his fructum quoq; edant? Putandum itaq; alimentū quod ex iusta arbore hauritur, quanquam pro natura illius cōfectum sit, adhuc tamē in germine ipso immutari, cōficiq; quasi nouis radicibus exsugatur: arbor uero sibi sit terræ loco, unde scilicet hauriat. Est autē terra plantis uelut inconfecti cibī promptuarū: radix oris uicem gerit, in trunco uero omnia tum cōficiendi, tum distribuēdi organa continēt, medullam scilicet corticemq; & quod librum uocāt, & fibras, quæ uenis proportione respondent. Cæterū cum ob aliamenti uim corpus uniuersum non plantarū modō, sed & animalium nōihil immutetur, nil mirū si germen quoq; ab arbo re, cui adnascitur, nōnullam subeat mutationē. Quamobrem & qui de insitione præcipiūt, nō quid cui uis inseri, sed nature affinitatē obseruari iubet. Nam si securus fiat, aut breui arescūt, uel si fructificēt, longe natura sua abalienatū fructum senties.

L IIII.

Cur serenitates, quæ noctu cœperint, inconstantes?

An quia non sunt autore sole, sed alio syderum quopiam flatus excitāte, nubesq; discutiente? Porro ille infernorū omnium dominus, uersat cuncta uia sua, mouetq;. Venti igitur qui post meridiem exurgunt, quod ea diei hora maximē trigeat sol, ac dominetur, & uia maxima pollebunt, & perdurare poterunt.

L V.

Cur uesperi orta Iris, satis fidum est serenitatis præfigum, quæ mane, infida, mendaxq; censemur?

An quia cum apparer Iris, nulla obduci nube, aut aeris crassitudine Solem est necessarium, atq; è serena cœli parte lucem in nubes diffundi? Si igitur serenitates, que uesperi cœperint, secu-

securiores: erit & Iris uestertina fida satiſ ſerenitatis nota.

L V I .

Cur grues primo ſuo aduentu ſerenitatem prænuntiant?

An quia ſecundo uento uolare, ob corporis grauitatem cogitur? Itaq; nō ſerenitates modò, ſed & pluuias ex ipſorū uolatu preſagire eſt. Cūm uero ſub Arcturū ad nos feltinat ex ſeptentrionali plaga, neceſſe eſt flāte maximè Borea huc impelli.

L V I I .

Cur pruinæ pluuias in maxima quoq; ſerenitate prænuntiant?

Niues contrà pluuias hybernas finire ſolent?

Tunc pruinæ cadūt, cūm flatus uniuersi ſilent, stagnatq; aēr: neq; enim multus, craſſusq; uapor tepido hyberni ſolis calore extenuari potest: neq; iterum uēto diſſipatur: quāobrem neceſſe eſt noctis frigiditate densatū decidere, ac circa terrā congelascere. Hic igitur in dies auctus, & cōſiſtentia craſſior, tandem ſolis uim penitus fruſtrabitur, atq; ad aquæ naturā reueretur. Niues uero ad Aquilonē præcipue cadunt, à quibus excitati flatus, nō pluuias modò, nubesq; arcere queunt: ſed uehemēti illa diſcūlione aērem iſum tenuiſſimum reddere.

L V I I I .

Cur aduentante pluuiā lapides quidam, quaſi rore perfuſi, maſtadunt?

An id præcipue fieri uidetur, cūm diutinæ imminēt pluuiæ? cūm, inquam, Austrinis flatibus aēr omnis uodus, craſſiorq; efficitur: quamuis ſæpius mutationē eam minime præſentias mus. Qua in re multa ex brutis ſagaciora reperies: noſtri ingenij uiires, ea fortaffe ratione, cōpensante natura. Siue enim imbrībus gaudent, ſeu oderint, maniſtō monſtrāt prænoſſe ſeſe eorum aduētum: ueluti anſeres clangore, laſciuia iſolita ſues hilaritatē ostendunt: contrā apes intra aluearia ſe continent, ac moſte ſubmurmurant: ſic muſcæ plus ſolito ora iñfestantes, uixq; uerberibus fugatæ, pluuiam æſtate prænuntiant: prægrauātūr enim aēris madore minutula hæc, atq; imbecilla animalia. Quin & in hominum genere, ſi qui neruis, aut articulis laborent, nocentes pluuias multo antè præſen-

D 2 tūnt.

tiunt. Cum itaque aër in aqueam naturam properet, multoq; ac crasso uapore admisceatur, potest nimirum leui mo-
mento frigidi cuiusuis occursu in aquam densari. Cur uero non ab omni lapide in aquam transmutari uideatur, soliditati tribuendum est: si enim spongiosi sint, humorem omnem ex-
sugunt, siccantq; inde mutatio ea nos latet.

LIX.

Cur decrepiti eorum, quæ in iuuenta gesserint, uel dídicerint,
optime meminere: quæ uero nuper acta, ilico memoria
excidunt?

An quia de his, quæ olim florente ætate gesta sunt, quendam
ueluti habitum contraxerunt: ea nanque multo tempore me-
moria repetita uersarunt. Modo uero sensus admodum hebe-
tes obtinent: nequeunt itaque exactæ illæ & uehementes re-
rum species altius affigi memoriaz, atque inherere: non aliter,
quam si quis in speculo uultum proprium inspiciat, uel in
obscuriiori luce alterum, aut per somnium, aut semiuigil: sta-
tim enim obliuiscitur. Tenuia nanque illa, & obscura rerum
simulachra, euanida sunt, facileq; delentur.

LX.

Solent ea ætate repuerascere nonnulli: quod uitium quadam
instrumentorum imbecillitate prouenire putandum: contin-
git enim multis modis, animæ sedem, seu ea cerebrum, siue
cor sit, commoderatione ea, qua sanitas, uiresque corpor-
reae consistunt, destitui. Vnde mens quoque languere solet.
Porro pueris nimirum humiditas in causa est: senibus uero
frigiditas. Solet autem senilis hæc affectio præcipue pin-
gues attingere, qui que multo excrementitio humido ab-
undante. (Nonnulli enim graciliores, in extrema quoque
senecta ingenio ualent). Illi igitur amplius, atque oxyus re-
frigerantur: multum nanque humidæ igniculum illum, qui
animæ primum instrumentum est, præfocat, atque extin-
guit. Nam eadem de causa citius quoque intereunt.

LXI.

Num

Num igitur adolescentes , memoria uiris perfectis præpollere dixeris? Atqui ita esse, adeo peruulgatum est, ut unusquisq; puerorum memoriam præcipue admiretur.

An potius credendum est animæ functiones uniuersas (concoetricem medici excipiunt) in perfectis ætate perfectas quoque esse. Fieri tamen aliquando , uti animi uires in plurima distrahitur, adeo ut non æque omnes perficere queat. Id præcipue iuuenibus accidit , quamminimum pueris. Hæc eadem causa est, Cur bruta nonnunquam maiora memorie indicia præferant, qualia in canibus præcipue: sed & iumentis omnibus & stolidissimo quoq; asello uisuntur: nihil enim his curæ est: neque uoluptate alia detinentur, ab ea quæ à cibo, aut Venere p. officiscitur.

L X I I .

Cur mulierem barbatam execramur, uiros uero imberbes?

An quia monstrosum omnino est, mulierē referre uirum, aut uirum mulierē? An potius, quia ea conjectura mulierem abundantiore, uiribusq; ualere iudicamus : quippe in qua calor adeo gliscat, ut usq; ad extremas partes fundi possit, humorū perdomare, atq; exurere: Confessum enim est ob frigiditatē innatam, mulieres glabrescere. Nam calore hirta fiunt corpora, nī humor, qui pro materia est, deficiat. Porro audacia si malitiæ iungatur, cauenda est. Est enim autore Aristotele mulier, *καυδεσίας ή ψόλεσίας* mare ipso: & omnino *καραγόρης*. Ceterum mares alij caloris defectu glabrescunt, quos modis omnibus foeminis similes uideas: quales eunuchi, uel qui natura his assimilantur. Alij rursus ob siccitatem, quales admodum biliosi, aut melacolici existunt. Morosum igitur animal, atq; inciulem ea demonstrant: Siquidem temperaturas eas ubi excesserint, uitia omnia insequuntur consueuere.

L X I I I .

Cur mulieres quas Græci *αὐτανέργειας*, nos uiragines dicimus, parcus per menses natura expurgari solent?

An quia plurimum caloris obtinent, pro sexus ratione, quo sanè & nutrimentū fœlicius concoquere ualent, & uenarum

D 3 excre

excrementa, per halitum digerere?

LXIII.

In omni animantium genere matres impensis prolem diligere uisuntur. In plurimis nancy mas foeminae iungitur, quo usque ad coitum concitarit ipsam senserit: neque praeterea rem familiarē, uel minimum curat: quasi non prolis, sed uoluptatis dumtaxat ratione inierit societatem. Quo fit, ut nonnulli mares à primo statim conceptu coniugia soluant, atque inciuiliter cum foeminae agant. Sic gallinacei, sic pauones, sic quadrupedes cibures, & piscium pars non exigua. Nonnulli uero officij quippe initio praestant, ut incubatione: sed id quoque admodum negligenter, ac per id temporis tantummodo, quo foemina cibum capere urget necessitas: si quidem cibus foris queritadus est. Porro à partu ferè omnes uagi sunt, & rem familiarē penitus negligunt: quin & nonnunquam natos persequuntur, arcentque. At foemina diu prolem agnoscit, ac modis omnibus tuetur. Videtur itaque parentum in natos charitatem salutis gratia naturam instituisse: sed matris praecipue, quod id maxime natis expediret. Cum enim animalium, haec quidem statim ab ortu sibi uictum queritent: haec uero parentum opis indigeant: Rursus horum quaedam lacte initio alantur, quaedam foris partis: apertum est omnia haec aut necessario foeminae opera egerre, aut melioris gratia. Necessario quidem in his, quae lacte aluntur: in reliquis uero gratia melioris. Nam quia uoracior est, uenerisque plus appetens, uagari mare oportuit: foeminam uero aut prorsus omne, aut plurimum alturæ onus suscipere. Si enim lacte uictitandum est, solam matrem foetus desiderat: si foris querendus cibus, neque progreedi nuper natu ualeant, se mas socium paulisper prebet, quo foemina sufficere queat. Sin progreedi ualeant statim, & cibum sibi queritare (quod imbecilla adhuc, multis incommode obnoxia sunt) mater se se ducem exhibet, quoad adolescentia robusta fiant.

LXV.

Quidam cum de salute penitus desperassent, egregia facta edidere: fortunaque commutata, hostes aliquando superarunt: quo circa

circa & in proverbio dicitur, Vna salus uictis, nullam sperare salutem. Quæret igitur quispiam, qua ratione id fieri queat, cum desperatio potius timorem adaugeat, uirescet tollat: si quidem spes audaciam, uirescet auget.

Cæterum eorum, qui de uita desperant, non una cōditio esse uidetur. Qui namque animo tollerandis malis, cōtemnendisq; periculis fortiore fuerint, tantum abeat, ut instanti ruina torpescant, quin potius in rabiem uersi, ulcisci quoquo modo se gestiunt. Statim itaq; timor in furorem uertitur: furorem uero uiros mirum in modum augere, antea dictum est. Sunt quos pudor urgeat, ne scilicet inglorij & inulti cadant: itaq; ex pudore ira atq; audacia. Qui uero secordia, & ignauie dediti, pū illoq; animo, quo magis ex spe decidere, eò torpidiores, frigidioresq; euadunt.

L X V I.

Cur senex semper querulus, & ante acti temporis laudator?

An quod admirationi uulgè esse studet, quod imbecillis illa, & indecora ætas, in qua non leuis quoq; dementia suspicio est, decori reputetur, nec contemptui sit, quasi nullius usus?

L X V I I.

Cur si consuetis gaudere naturam, sapienter dictum est, vulgatum tamen est, nouis subinde nos delectari? Solemus profectò præsentia spe melioris fastidire, & noua semper inquirere, primoq; illo occursum cupide amplexari. Verum hæc quoq; (tanta est humana levitas) quamprimum teedium afferunt, breuiq; ad cōsueta lubentissime relabimur. Insueta enim, quod minus delectare queant, etiam offendere solent. Rectè igitur dictum est, Consuetis gaudere naturam: nec minus uerum est, quod iactari solet, Noua semper experti: quando in his quæ adhuc absunt, plus uoluptatis sperare est, inuenire nequaquam.

L X V I I I.

Cur furari uiros, adulterari uero mulieres adeo dehonestet, ut ad posteros quoq; dedecoris nota perueniat?

Atqui sunt alia longe grauiora crímina: ut homicidia, excidia

dia urbium, periuria: quæ tamen dedecorū nō ducit. Aut ut
tia ea præcipue turpia iudicant; quæ quod admodum præter
naturæ inclinationem sunt, excusari nullo pacto nequeunt.
Igitur auaritiam in iuuene, in sene uero libidinem apprime
oderimus: non alia sanè ratione, quam quod à sui natura lon-
gè absunt. Fœminis itaq; timiditatem, ac proinde auaritiam
nemo uitio uertit: quod sexus proprietatē insequatur. Cum
uero per naturam minus in Venerē concitetur, si quidem pu-
dicitiam suam prostituant, sola animi despectione, atq; fodi-
cie id uidentur committere.

Nemo iterum in mare salacitatem & adulteria adeo notet: hoc
enim quamquam uitium, attamen à maris natura alienum non
est. At furari, ignavia & pusillanimitas suadet. Quæ cum non
ex sexu, non ætate proueniat, perpetua naturæ ipsius comes
esse censetur. Quam sanè indolem maxime execramur, atque
oderimus. Quia uero ratione maiorū decora posteros nobili-
tare solent, quod in ijs virtutū quasi seminaria quedam super-
esse credimus: ea sane & dedecora posteri hereditant.

L X I X.

Cur fieri dixeris, ut cum in brutis fœminæ præ maribus fer-
mutæ uideantur (garriunt enim mares, canunt, uociferantur,
& omnino fœminis sunt uocaliores) in homine contrā, mu-
lier uiro loquacior, solentq; mulieres prouerbio loquacita-
tis taxari?

Loquacitas uocalitasq; omnis aliæ naturæ impetu prouenit,
quibus scilicet multus circa præcordia gliscit calor, quo sanè
hilaritas & promptitudo, & omnino mobilitas paritur. Cum
itaq; mares calidiores sint, nil mirū si ad uoces edendas prom-
ptiores quoq; fuerint; præcipue cum ad uenerem cōcitantur,
nam calore tunc tēporis plus abundant. Iccirco castrata illico
obmutescunt, quasi refrigerata torpescant. Hanc sanè differ-
entiā præcipue in auibus obseruamus, quod hoc genus ani-
mantium cæteris uocalius esse uideatur: quod luculentissime
Lucretius cecinit, cum inquit:

Aeriē primū volucres te diua: tuumq;

Signifi

Significant initum, percusse corda tua ui.
In homine uero; si quidem tenellos, necq; adhuc rationis repagulis coercitos consideres, masculos itidem foeminiis uocaliores esse compieres: necq; id ijs, quod natura insit, uitio uertitur. At procedete aetate uiri, quoniam diutius pensitant, uoluuntq; animo: consultius quoq;, ac serius uerba exprimunt, quae antea mente conceperunt. Quod si ingenio leues fuerint (quod uitium ferè bili ascribitur) nullis mulierculis loquacitate secundi erunt: quae res, utpote præter uitilitatem, odiosa omnibus existit. Igitur mulier de puerili illa garrulitate nihil demit, ob insitam ingenij leuitatem: multa enim & uaria semper animo uersat, celerrimeq; deliberat, quare plurima quoq; ad manus habet, quae loquatur. Ceterum sicuti modice tarda eloquutio uenustatem affert & commendari solet: Ita, quae modum excedit, ruditatis nota esse uidetur.

L X X .

Cur pueri & mulieres ad lacrymas promptissimi sunt, proxime hos decrepiti, minime omnium viri: ita ut illacrymari ea aetate indignum uideatur?

Lacrymæ pluribus de causis oriri uidentur. In his enim qui aut sternutantes, aut solem inconuenientibus oculis insipientes lacrymantur, expressione quadam fieri dixeris, cum caput noxiuum quispiam tentans propellere, una excrementitias humiditates exprimit. Qui uero effusæ rident, aut uehementer tussiunt, eo quod spiritum contineant, lacrymantur: inde enim efferuescit sanguis, caputq; inflammatur: quare excrementa funduntur, ac defluunt. Cur uero mœrentibus lacrymæ oboriantur, non satis apertum est. An tunc demum illacrymamus, cum quos misericordia prosequimur affligi uideamus, præsertim si ijs malis propulsardis neutquam satis esse possumus? Si enim aut ira subrepatur, aut auxilij spes aliqua, tantum abest ut lacrymas fundant, ut potius ulciscicque rant, uel de presidio consultent. Ceterum cum auxilij pariter & consilij inopes sumus, cernimusq; nobis charissimos dolere, statim lacrymæ oboriantur: ea sanè ratione, quod animus

E noster

noster consentiat, atq; unà affligatur. Itaq; cerebrum intelli-
gentiæ sedes, unà patitur, nec dissimilem efficit motionem, q; mali quipiam propellere tentaret, exprimitq; unà lacrymas.
Nam quod animus noster imaginatione mali sæpe cōsentiat,
ita ut illiusmet affectus quædam ceu imago in ipso genere-
tur, multa sanè monstrant: læti enim nos quoq; exhilarant,
mœsti mœrentes reddunt. Nec minus in corpore motio quæ-
dam inde sæpe apparet: Siquando enim acerba aut acida man-
dentem inspeximus, proritatur saliuia, atq; omnino quid simi-
le lingua patitur. Sic ubi oscitantem inspeximus, aut meien-
tem, utriuscq; desiderium non raro irrepit, quanquam per na-
turam ea excretione corpus minime egeat. Cur uero pueri, &
mulieres, & omnino uiribus imbecilli præcipue illacryment,
animi mollices in causa esse uidetur, ob quam statim conci-
dunt, & desperant, eaq; ueluti nota, mœrorē, & misericordiam
præseferūt. Porro uiros lacrymæ dedecent: & misereri quoq;
si Stoicis credimus. Neque enim animum despondere facile
debent, qui uiribus & consilio pollut. At si ineuitabile ma-
lum urgeat, in lacrymas fortis nō funditur, necq; dolori cedit:
Verum obliuctatur adeo, ut angoris eius notæ nulla ex parte
in corpore eluescant. Sic de Aenea Virgilius:

Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem.

LXXI.

Cur si lacrymæ dolore animi excidunt, multos tamen uideas
prælætitia lacrymaris?

An hi inter cæteros mollissimo animo cēsendi sunt: siquidem
præteriti tantummodo mœroris & lacrymarum recordatio-
ne, sui misericordia commouentur, atq; illacrymant: uoluunt
enim ilico animo quandiu anxerint se se exoptatæ rei desides-
rio, quantumq; fuderint lacrymarum.

LXXII.

Cur uelox argumentum nota est uitæ breuioris: Sic enim Ari-
stoteli placet, qui cùm de cerui uita fabulosas quasdam narra-
tiones refelleret, ita inquit, ἡτούσις καὶ αὐτοῖς τὸν υπέρωφ
ευμάθειαν δὲ ως μακροθέτη τὸ ζώεσσι. Idem experiētia quoq;
com

compertum: Arbores enim quæ celerrimè adolescunt, ut per-
fica, ut prunus, ut cerasus, cito quoq; intereunt. At pinus, ab-
iesq; & annosa ulmus, multa uirum (ut ait ille) durando secula
uincunt.

An quia humidum innatum dilutum, & omnino aquosum
sortita sunt: quod enim eiusmodi est, sicut breui extenditur,
ita celerrimè difflatur, atq; arescit. Contrà quæ oleosum aut re-
sinosum humidum obtinent: quòd lentore suo serò extendi-
tur, non nisi longo temporis spacio arescit. Ita enim in exter-
nis fieri uidemus; aquæ namque corpora celerrimè igne con-
sumuntur: at resina, aut pix, aut oleum diu perdurant, nec fa-
cile absumi queunt.

L X X I I I .

Cur masculini fœtus celerius in utero perficiuntur: cùm ab or-
tu foeminæ citius & adolescent, & ad ætatis uigorem per-
ueniant?

An quia semen, ex quo foemina concipitur, humido quidem
præ eo, ex quo mas gignitur, abundat, sed calore uincitur: ita-
que pusillus ille calor conceptionis initio humoris multitüs
dine ferè opprimitur, neque concoquere & perdomare mate-
riam potest, è qua fœtus conformatur. At ubi postmodum
adoleuerit fœtus, sensim emergit, & uiget: itaque extendere,
& argumentum facere satis ualeat. Celerius profecto quām in
mare: quoniam humidum ipsius plus aqueæ naturæ præ se fe-
rat: inde enim uniuersim argumenti celeritatem fieri diceba-
mus. Quòd uero humidum ex quo foemina concipitur, tenu-
ius sit, & aquosius, non modò naturæ spectatores in seminæ
obseruarunt, sed & inde coniçit, quod tota uita maribus hu-
midiores cùm sint, citius quoque arescant: senectus enim sic-
catio quædam esse uidetur.

L X X I I I .

Cur pone aquæ phialam, quæ ad solem conuertatur, multa exu-
runtur: quæ uero candorem egregium habet, nihil laeduntur.
Quòd exustio radiorum coalitum fiat, cana nimirum specula
satis monstrant: nisi enim qua parte radij concidunt uniuersi,

E 2 quod

quod ignem concipere debet admoueas, minime incenditur. Siquid igitur in sece incidentes luminis radios cogit ac congregat, id proculdubio exuri necesse fuerit: quod uero fundit, disgregat, ut que plana superficie sunt, presertim si laevo re participant, & que egregie candicant, ea sanè de causa uim solis non admittunt.

LXXV.

Cur sulfur sicco calore liquefiat, humido nequaquam?

Non sulfur modò, sed & alia quamplurima eius naturæ uidentur, ut sicco dumtaxat calore fundantur. Rursus alia & à sicco, & ab humido. Quæ igitur prioris generis sunt, ut sulfur & metalla omnia, communem aliquam naturam nacha sunt, ob quam ab humido exurente non liquefuntur, quam sanè scrutari oportet. Sunt igitur nonnulla solidiore concretione producita, in quibus nimirum, fusile humidum plurima terrestri portione obruitur, ac detinetur. Atque hec non nisi à sicco funduntur, eo quod acrior uis eius sit, qua uralidius, penitusq; imprimat, & segreget. At que posterioris, ut cera & resina omnis, molli concretione coalescant, minusq; terræ obtinent, molemq; laxiore, ita ut à debiliore calido fundi possint. Cur uero in utroque genere, alia celerius, alia serius liquefiant, ex humidæ portionis quantitate euenire putandum, una & molis densitudine. Etenim fusio, latentis humoris euocatio est.

LXXVI.

Cur cera facillimè oleo confunditur, non uino, non aqua?

An quod simile simili facile admiscetur? Cera igitur & quæcumque pingui atque aereo humido abundant, ut resinæ, & plantarum succi, qui facile ignem concipiunt, cognata oleo sunt, ideo & statim unâ concalescant. At que natura dispari, oleo confundi nequeunt, quale papaveris succus, & hypocistidis, qui tamen uino aut aqua facillime permiscentur.

LXXVII.

Cur cadauera eorum, qui absorpti aquis periere, primū quidem imia petunt, mox tertio vel quarto die in summa sensim attolluntur?

An tunc

An tunc attollitur primum, cùm putredinem sentiunt: quo fit, ut hyeme serius hoc accidat. Putredo uero ea ratione corpora leuiora facit, quod calorem adiunctum habeat: qui quidem dum corpora dissoluunt, statuoso spiritu cauitates omnes cadaueris replet: unde & aquę subsidere nequit.

L X X V I I I .

Cur grues dum uolant, pyramidē semper describere uisuntur? An quia graues cum sint, immensa tamen aérī spatia præteruolant: quo igitur minus defatigētur, sese in omnem uolandi facilitatem componunt, protenduntq; crura in auersa: (neque enim ut cæteræ aues, ea cōtrahere, ob longitudinem possunt) collumq; exerunt, figuram demum eam toto agmine depingunt, qua ueluti cuncō quodam obiectum aérem facile disuidant.

L X X I X .

Cur edulia quædam dulci sapore cum sint, si præsumantur, uinū gustu insuaue reddunt: quædam contrà adaugēt suavitatem. Porro potores, non alia sanè de causa, mellis, aut saccari condimenta à mensis arcent.

An quia, quæ exactam illam dulcedinem obtinent, tum laxare linguae meatus, tum adeo altè descendere queunt, ut diu ijs imbuta lingua, nil exacte sentire queat, uideanturq; omnia ea de causa amarore, & insuauite participare. Dulcia uero, quæ uinoſo quodam succo abundant, atque una ad strictionis plus minus ue secum ferunt, necq; alte descendunt, ut meatus opulent, quin potius si quid limosum, putridum ue linguae inhaesit, detergent, eamq; ita preparant, ut exactissimè postmodum gustet. Hanc dotem cùm multa ex pomis obtineant, omnium tamen suavitatem, qui nunquam pro meritis estimatur Pepon, longè exuperat.

L X X X .

Cur Oriente sole, stelle omnes delitescunt, quanquam prope occasum longe à sole sint sitæ?

An quia nímia lux oculis circumfusa, ea quæ paulo obscuriora sunt, abscondit. Ita enim usū euénire cernimus, ut qui ex

E 3 tene

tenebrosiore loco prospicit, acrius quæ in lumine uerfantur discernat. Neç enim solis fulgor, (uti quis fortasse crediderit) eas obscurat. Noctu enim innumeræ soli multo propinquiores, perspicue fulgent. Cùm tamen neque terræ umbra tollere possit, quin solis luce tunc temporis suffundantur, ut Mathematici demonstrant. Nulla ergo in re ipsa differentia esse uidetur, uerum in oculo duntaxat. Argumento est, quod quæ paulo ante sub auroram sydera conspiciebantur, eadem mox oriente sole delitescunt.

LXXXI.

Cur qui longa uralidaq; exercitatione resiccati sunt, frigida epo-
ta, siti minime leuantur?

An quia aqua resiccatis solidis particulis, utilem madorem restituere nequit; at dilutum uinum potest, quoniam uim alimenti obtinet. Merum enim non modo sitim non leuat, sed strangulat aliquando: quod in his compertum est, qui à longo cursu merum potarunt.

LXXXII.

Cur culices, non æquè omnes mortuū impetunt? quosdam enim nec attingunt quidem: at muscae sine discrimine omnia, tum homines, tum bruta affligunt?

An quia sapores quosdam lubēs prosequitur, quosdam uero respuit? Porro duce odoratu bruta pascuntur: qua enim alia via in multiplici illa herbarum uarietate, non ingratas modo uerum & lethiferas quoque secernerent? Gaudet autem præcipue acidis culex, ut usus monstrat, & Aristoteles obseruauit. Fructus enim non attingit, priusquam corruptione acore contraxerint. Quibus igitur sanguis purus, & minime putridus, hos culex non infectatur: musca uero omniorum animal est, & dulcibus maximè oblectari solet.

LXXXIII.

Cur lateres, ubi igne excocti fuerint, ponderiosores euadunt, quam cùm duntaxat sole resiccati erant? Cum nihil quod materia grauitatis adaugere possit, accessisse uideatur: mole enim minores euadunt.

An

An quia igne lapidescunt, & solidiores fiunt? Quare meatus, quos sol produxerat, dum leui illa calefactione rarefacit, quicq; uapore aut aëre replebantur, ui ignis ualidissima conuent, corpusq; uniuersum densatur. Quare quicquid aëreæ uel uaporosæ substantiæ inerat, una extruditur.

LXXXIII.

Quamobrem quibus cornua sunt, altero dētium ordine careāt, materiæ inopiam causatur Aristoteles: quicquid enim terrestre ea parte inerat, abit in cornua. Hunc locū Caius Plinius taxat: quoniam (inquit) cerua altera dentum serie caret, & cornibus. Cæterūm (pace sua dixerim) minus scitè Aristoteli reprehendit Plinius: est enim quod^{rum} pro exemplo affert, haud equidem naturæ defectus, sed sexus occasione continet, ceruam cornu carere: tentauit enim & in ijs quoq; natura, quod speciei erat proprium. Verum materia caruit. quoniam in omnī animantium genere, minus sanè terreī recrumenti formina obtinet. Quamobrem & generosiores in ouium specie cornutæ habentur, quod scilicet ad marium naturam corporis habitu propius accedunt: proinde & ambientis iniurias, melius ferunt. Cerua igitur quædam ueluti cornuum rudimenta habet, que tamen ob eam quam diximus causam perfice re natura nè quiuit.

F I N I S.